K

ΚΑΙΕΞΕΛΘΟΝΤΙΑΥΤΩΕΙCΤΟΥΠΑΙΘΡΟΝ [illegible]
ΑΠΗΝΤΗCΕΝΑΥ [illegible] ΜΑΝΗΛΕΓΙΩΝΗ [illegible]

[illegible]

[illegible]

ΟΨΕΔΕCΑΒΒΑΤΩΝ·ΤΗΕΠΙΦΩCΙCΟΥCΗΕΙCΜΙΑΝ
CΑΒΒΑΤΩΝ·ΗΛΘΕΝΜΑΡΙΑΜΗΜΑΓΔΑΛΗΝΗ·

CURAE CRITICAE

IN

HISTORIAM TEXTUS EVANGELIORUM.

COMMENTATIONIBUS DUABUS

BIBLIOTHECAE REGIAE PARISIENSIS CODICES N. T. COMPLURES, SPECIATIM VERO CYPRIUM DESCRIBENTIBUS

EXHIBITAE

A

Martin
JOH. M. AUGUSTINO SCHOLZ,

THEOLOGIAE DOCTORE.

HEIDELBERGAE MDCCCXX.

APUD MOHR ET WINTER.

517

[illegible]

ILLUSTRISSIMO VIRO DOMINO D.

COMITI DE ALTENSTEIN

REGI BORUSSIAE AB INTIMIS CONSILIIS

ET SECRETIORIBUS MANDATIS

PRAEFECTO REI ECCLESIASTICAE ET LITERARIAE

ETC. ETC.

Primitias studiorum, quae Lutetiae Parisiorum sub Tuis auspiciis colui, Tibi, Vir illustrissime, offero dedicoque quasi quoddam reverentiae et grati erga Te animi publicum monumentum. Ut bonas literas auctoritate Tua, et summo, quo fieri potest, studio promoves, et in virorum eruditorum gratiam curas nobiles et maximas impendis, ita et me pro Tua singulari humanitate atque indulgentia favore insigni prosecutus es. Accipias igitur hoc qualecunque voluntatis

meae Tibi addictissimae testimonium perbenigne, atque me etiam in posterum in Tua esse clientela patiaris. Assiduis precibus contendimus ut Deus O. M. Te nobis diutissime servet incolumem et potentissimus Borussorum Rex composita tandem et sancita pace Tuis inductus consiliis utriusque ecclesiae et rei literariae statum felicem florentemque reddat.

J. M. Augustinus Scholz.

I.

COMMENTATIO

DE

CRITICA NOVI TESTAMENTI

GENERATIM,

INPRIMIS VERO DE STUDIO HOC CRITICO E CODICIBUS BIBLIOTHECAE REGIAE PARISIENSIS ADJUVANDO.

Qui textum N. T. critice explorare, atque ad veram illius indolem pernoscendam documenta critica conferre, eorumque lectionibus vel robur vel novam lucem conciliare, sui duxerunt officii: singulari attentione dignissimum judicaverunt examen omnium, qui in Bibliothecis reperiuntur, codicum graecorum. Quod enim demum cunque de eorum aetate statuatur, eorum praestantia ad secernendas veras lectiones a spuriis hac tantum ratione perspici potest.

Quum igitur insigni munificentia patrui mei, Summe Reverendi *Antonii Scholz Archipresbyteri, Scholarum Inspectoris circuli Olaviensis, et Parochi Hennersdorfensis Silesii*, cui pro recepto in se rerum mearum patrocinio gratias publicas quam maximas et debitas ago, Bibliothecas Parisinas adire ibique literarum in Borussia praesidum liberalitate per biennium studia colere possem, omnibus harum rerum peritis gratissimam fore putavi operam, quam huic criticae sacrae parti navarem, atque occasionem in uniuscujusque N. T. codicis Parisini praestantiam, textum, aetatem atque patriam inquirendi arripiendam ducerem.

Contuli igitur in Evangeliis Codices Regios 14 (Griesbachii 33) 47 (Griesb. 18) 48 (Griesb. M) 53 [1]). 63 (Griesb. K.) 72 (Griesb. 22) 75[α]. 79[α]. 108[α]. 121 (Griesb. 11) 177. 186. 187. 191 (Griesb. 25) 277. 375. 379 (Griesb. 28) integros atque summo studio. Codices vero Reg. 9 (Griesb. C.) 49 (Griesb. 8) 55 (Griesb. 17) 68 (Griesb. 21) 65. 66. 76. 77 (Griesb. 23) 79. 80. 81 A. 84 (Griesb. 4) 90. 100 (Griesb. 30), 106 (Griesb. 5) 112 (Griesb. 6) 114. 115 (Griesb. 27) 116 (Griesb. 32) 117. 178 (Griesb. 24) 188 (Griesb. 20) 281, 282, 283, 284, 293, 297, 298, 300, 305 magnam ad partem.

1) Codices, quorum numerum signum parentheseos non excipit, a me primum collati sunt quorum numerus litera graeca α signatur, in catal. manuscriptorum Bibl. Regiae non indicantur, in Catalogo nondum impresso sed a clarissimo Car. B. Hasio confecto, hunc numerum habent.

Disquisitionem ut minutam nimis et angustam atque multo taedio conjunctam in multis utique transilire potuissem, ut alii fecerunt, atque jam praevideo, risu eam excepturos esse nonnullos subducti supercilii homines, qui mirabuntur, me ad spinosum hoc et exile opus delabi potuisse. His cum multa opponere possim, non faciam, contentus eos rogasse, ut quid rei sit criticae, addiscere dignentur. Cum nimirum justa codicum aestimatio mihi cordi esset, atque in laudatis codicibus multa incerta aut dubia viderentur, laborem in me suscipere non recusavi, atque eo magis vires meas exercui, quo majore spe sum nutritus, fore ut mei hi conatus viris eruditis non displicerent. Optaveram quidem, licuisset mihi omnes, quos Bibliotheca Regia continet, codices eadem cura examinare. Atvero cum hoc temporis spatio, latius patentibus quoque et utilioribus studiis, me innutrire deberem, in longe plurimis §§. 14 et 17 citandis vel ab aliis jam diligenter collatis vel a gregariorum textu rarissime recedentibus selecta tantum capita inspexi et reliqua cursim perlustravi. Haee fere sunt, quae de studiis in Evangelia collocatis monenda habeo. De curis meis in alterius N. T. partis codices, in versiones antiquas et catenas SS. Patrum alio loco sermo erit. Fusiorem omnium codicum N. T. Parisinorum descriptionem, eorumque lectiones in editione N. T. critica, quam paro, cum orbe literario communicaturus sum.

Hic jam locus est, publicas agendi gratias humanissimas viris perillustribus *Baroni Silv. de Sacy* et *Baroni Alex. de Humboldt*, quorum intercessione apud praesides literarum in Borussia stipendia mihi ex fundis Universitatis celeberrimae Wratislaviensis concederentur, nec non omnibus amicis et fautoribus dilectissimis pro beneficiis in me collatis. Ut diu eos in literarum emolumentum et augmentum maximum servare velit Deus Optimus Maximus, ex animo precor. Missis his iisdemque magnis haec praeterea attingam, quae praetermitti sine scelere non possunt. Conservatores doctissimi Bibliothecae Regiae tum Codicum Manuscriptorum tum librorum aditum ad opulentissimum illud nec satis notum sanctuarium nunquam non facillimum, eorumque usuram summa qua fieri potest facilitate, comitate et benignitate concessere. His igitur viris clarissimis Langlès, van Pradt et Gail nec non qui sunt a custodia codicum graecorum et orientalium C. B. Hase et de Chezy, quorum laudes totus orbis literarius jure cunctis praedicat, gratias habeo agoque maximas, eosque rogo, ut in posterum eundem erga me animum eundemque favorem servent.

§. 1.

Ansam huic disquisitioni praebent disputationes duumvirorum clarissimorum J. J. Griesbachii et J. L. Hugii de systemate recensionis, ut dicunt, in codicibus Novi Testamenti. Quaeritur, quaenam sit origo lectionum variantium, earumque genus. In diversa abeunt eruditorum, qui hac de re egerunt, sententiae. Quamvis crebro viri docti istas tradiderint, tamen quo magis nostrae disputationis causa eo momentum intelligatur, juvat paucis repetere memoriam studiorum, quae critici hac in re posuerunt.

Jam inde a restauratis literis non defuerunt docti, et usu rerum criticarum praediti viri, qui manum textui N. T. a naevis purgando admoverunt. Sed ante Millium, qui omnium primus syllogen lectionum ex nonnullis codicibus graecis, versionibus et Patribus congessit, earum historia exigui momenti existimabatur. Joannes Millius, Joannes Jacobus Wetstenius, multique post eos ob diligentiam in rimandis codicibus conquirendisque variantibus summopere laudandi disquirendae lectionum origini multum operae impendebant. Sed plerique praecinente Erasmo vana opinione de codicibus latinizantibus ducti libros graecolatinos penitus aspernabantur, aliosque et vetustate et praestantia insignes una cum versionibus quibusdam e Vulgata latina interpolatos esse autumabant. Bengelius primus totum genus documentorum, ex quibus variae lectiones colliguntur, pro nationum ratione distrahendum esse in Asiaticum et Africanum evincere studuit. Multa quoque a Joanne Salomone Semlero, Herberto Marshio, Aliisque bene prolata sunt. Inter omnes vero eminet Joannes Jacobus Griesbachius. Ipse tres codicum recensiones distinxit, easque a regionibus vel urbibus capitalibus provinciarum, in quibus vulgo usurpabantur, Alexandrinam, Constantinopolitanam et Occidentalem appellavit. Atque ab hac viri celeberrimi doctrina systema recensionis a Summe Reverendo Joanne Leonhardo Hugio prolatum parum differt. Statuit vir clarissimus, primis religionis christianae saeculis editionem vulgarem (τὴν κοινὴν ἔκδοσιν) in usu fuisse, quam magnopere corruptam triumviri Hesychius in Aegypto, Lucianus in Asia minore, et Origenes in Palaestina sibi corrigendam susceperunt. — Quare me observationes criticae tenues sane nec satis dignae, quae post tantorum virorum studia lucem videant, hic proferuntur, non sunt quidem tales, quae omnia certa atque indubitata efficiant. Conabor tamen ex codicibus, quos contuli, atque ex SS. Patrum et scriptorum ecclesiasticorum operibus, quorum pleraque perlustravi

et multa perlegi, si qua forte reperiam, quibus alia vere enucleentur, alia a viris hisce doctissimis prolata firmentur: pensaturus olim, Dei Optimi Maximi ope, si defectu lectionis, quae tantae rei sufficiat, nunc dereliquero. Atque in exponenda mea de familiis codicum sententia puto sic me versari debere, ut primo quaeram de origine corruptionum deque ratione, qua hae familiae natae sint, deinde eas existere in codicibus, (habita codicum potissimum Parisinorum ratione) versionibus et Patribus demonstrem. Repetii nonnulla propter instituti mei rationem, quae jam ab aliis bene dicta esse non ignorabam, sed id ita feci, ut suis quaeque auctoribus bona fide referrem accepta, eaque obiter tantum attingerem.

§. 2.

Libros N. T. in χαρτας βυβλινους ab illius auctoribus fuisse scriptos, tum veterum scribendi consuetudo, tum criticorum unanimis omnis aetatis consensus docet. Cum vero ecclesiae destinati atque multis petentibus exhibendi essent, in chartam membranaceam per bibliographos saepe saepius describendi atque a βιβλιοκαπηλοις per orbem christianam propagandi erant. Autographa autem propter chartae imbecillitatem [1]) ad frequentem usum inepta mox interiisse, nec ab ullo, cujus opera supersunt, ecclesiae primae scriptore cognita fuisse videntur. Αντιγραφα prima magna ἀκριβεια facta esse, effici non potest [2]). Poterant utique tolli vitia, quae scribae erraverant, si οἱ δοκιμαζοντες ea diligenter recenserent [3]). Sed in hoc negotio lento sane et molesto interdum negligenter versatos fuisse vel Bibliopolas, qui

1) Cf. Mabillon de re diplom. l. I. cap. 8. n. 6 sq. Nouveau traité de Diplomatique (par D. Toustain et D. Tassin I. p. 484 sq.

2) St. Hieronymus l. quaest. Algasiae T. IV. P. I. p. 190. in Matth. XII, 29. dicit: „quod autem de assumto testimonio in Evangelio minus est: splendebit et non quassabitur, donec ponat super terram judicium, videtur mihi accidisse *primi scriptoris errore*, qui legens superiorem sententiam in verbo „judici" esse finitam, putavit inferioris sententiae ultimum verbum esse judicium: et pauca verba, quae in medio, hoc est, inter judicium et judicium fuerant, praetermisit.

3) Cf. Irenaeus ed. Grab. p. 463. Euseb. hist. eccl. l. V. c. 20, Theona epus forte Alex. in specil. script. in Galliae Bibliothecis, edit. a d'Achery et postea a de la Barre T. III. p. 299, Graegor. Nyss. in Zacagni monum. vet. ecclesiae gr. et lat. p. 389. ep. XII, Basil. epist. 167 in fine, Graevius in Cic. ep. ad Atticum II, 8.

vitiosa exemplaria cum aliis emendatioribus conferenda non curabant, vel eorum scribas, et per se patet, et a Strabone 4), Aulio Gellio 5), Cicerone 6), Philemone 7), Galeno 8), Eustathiô 9) aliisque 10) confirmatur.

Multis igitur mendis foedari poterant exemplaria vel verbis dictantis male perceptis, vel incuria vel inscitia describentium, vel in codicibus male scriptis aut vetustate, humore, blattis aliisque fatis vitiatis oculorum, memoriae, phantasiae ac judicii errore; sed longe maximum eis intulisse damnum grammaticorum et librariorum oscitantiam et licentiam, Codices graeci omnes, Versiones, SS Patrum et scriptorum ecclesiasticorum citationes, eorumque testimonia uno ore probant. Enimvero non in eo solummodo versabantur, ut codices recenserent, librariorum menda corrigerent, loca spuria obelo confoderent, sed etiam pro arbitrio addebant, detrahebant, et pristinas lectiones adulterabant. Non is sum, qui dixerim, eos semper mala fide egisse. Sed plurima ab iis pro arbitrio facta esse, ex sequentibus cuique apparebit.

§. 5.

In codicibus graecis articulum, participia λεγων et ἀποκριθεις, nomina ἰησους seu ὁ κυριος, pronomen αὐτῳ vel αὐτοις post εἰπεν, αὐτου post μαθηται, verbum substantivum ἐστι, particula δὲ, καὶ, γαρ, οὐν, παλιν, μητι, ὡδε, τοτε, ὁτι saepe adjecta, omissa vel e loco pristino mutata sunt, si eo elegantior structura

4) XIII. p. 906. 907. XVII. p. 1139. XIII. p. 419. de Theophrasti et Aristot. libris conqueritur.

5) Noct. att. l. I. 21. p. 14.

6) ep. ad Attic. l. III. ep. 5.

7) apud Porphyr. quaest. Homeric. η'.

8) de Nat. humana l. I. p. 4 ed. Basil.

9) Cf. d'Ansse de Villoison Anecd. gr. II. p. 136. 183. Proleg. in Hom. Iliad. p. XXIV sq. XXXVI sq.

10) De hoc genere corruptionum earumque fontibus, ex quibus promanarint, multa disserere operae pretium non est, cum plures critici illud argumentum bene tractaverint cf. Nouv. traité de Diplomatique T. I. p. 212 sq. J. D. Michaelis introduction to the New Testament transl. and considerably augmented with notes etc. by Herbert Marsh. London 1802. V. I. P. I. p. 246—339. P. II. p. 493—527.

fieret. Additamenta multa e locis Evangeliorum parallelis, e glossis seu interpretamentis margini adjectis, e SS. Patrum commentariis et Scholiis vetustis, ex scriptis Apocryphis, ex Evangelistariis et Lectionariis in textum intrusa deprehendimus. Alia, quae salvo sensu salvaque verborum junctura abesse posse videbantur, alia ut obscura, dura, superflua, sensu prorsus carentia, insolentia, paradoxa, ıpias aures offendentia [1], erronea [2], aut locis parallelis repugnantia, ingenio, stylo et scopo auctoris minus convenientia, rejecta invenimus.

Nec vocabulorum ordo tantum, eorum orthographia et formae, sed vocabula ipsa permutata sunt, v. g. ἰησους, κυριος [et χριστος, θεος et κυριος, μαθηται et ἀποστολοι, ἀναστηναι et ἐγερθηναι, λεγει et εἰπεν, οὐρανῷ et οὐρανοις, καὶ ἐγω et καγω, καὶ ἐαν et καν, ἐαν et ἀν, αὐτων et ἑαυτων, μου et ἐμου, ἁ et ὁσα, ὡς et ὡςπερ, ἐλεος et ἐλεον, καὶ ἀκουσαντες et ἀκουσαντες δε, ἐλθοντος αὐτου et ἐλθοντι αὐτῷ, ἀπεκριθη et ἀποκριθεις, μαθητευθεις et γραμματευθεις, δυναμεις et σημεια etc.

Duriori, ellipticae, hebraïzanti lectioni suavem et lenem, obscuriori, ambiguae et difficiliori planam et extricatam, insolentiori minus insoletam, vel non emphaticae, vel minus aptum pietati sensum fundenti, sensum specie falsum prae se ferenti lectionem contrarii tenoris substitutam videmus [3].

Corruptiones ab Orthodoxis ad comprobanda dogmata factas Wetstenius, Griesbachius aliique in Act. XX, 28. 1 Tim. III, 16. 1 Joan. V, 7. reperierunt. Haereti-

1) S. Epiphan. Ancorat. c. 31. T. II. pag. 36 ed. Petav. ad Luc. XXII, 43. 44. ἀλλὰ καὶ „ἔκλαυσε" κεῖται ἐν τῷ κατὰ λουκᾶν εὐαγγελίῳ ἐν τοῖς ἀδιορθώτοις ἀντιγράφοις .... Ὀρθόδοξοι δὲ ἀφείλοντο τὸ ῥητὸν, φοβηθέντες, καὶ μὴ νοήσαντες αὐτοῦ τὸ τέλος καὶ τὸ ἰσχυρότατον.

2) S. Augustinus ad Matth. XXVII, 9. Nulla fuit causa, cur adderetur hoc nomen (scil. vulgatum ἱερεμιου), ut mendositas fieret: cur autem de nonnullis codicibus tolleretur, fuit utique causa, ut hoc audax imperitia faceret, cum turbaretur quaestione, quod hoc testimonium apud Jeremiam non inveniretur.

3) Fidem ut hisce omnibus faciamus, multa exempla in commentatione nostra passim. proferentur. Possunt quoque lectores adire editiones N. T. criticas. Conf. Proleg. in N. T. ed. Griesbach sect. III.

corum pro suo quemque arbitrio atque ingenio sub praetextu emendandi SS literas mutasse deficientibus codicum testimoniis ex veterum scriptorum monumentis conjicere possumus. Sed in eo non erimus, ut querimonias ab Irenaeo, Tertulliano, Origene, Epiphanio, Augustino, Theodoreto, Isidoro Hisp., Damasceno, Euthymio Zigabeno aliisque prolatas congeramus. Qui plura de his legere cupiunt, adeant scriptores laudatos cum notis editorum, Suiceri thesaurum eccles. s. v. *αἱρετικος*, Mill proleg. in N. T. §. 649 sq. 700 sq. Arnoldi, Walchii aliorumque historias haereticorum et introductiones in N. T. ubi de his multa centies recocta leguntur. Juvat rei illustrandae causa pro omnibus citasse versus quosdam de Severi audacia ex poemate Georg. Pisidae Theodosii *κατα δυσσεβους Σευηρου ἀντιοχειας:*

> Ἀλλ' αὐτὸς εἰκῇ νομοθετεῖς τοῖς βιβλίοις
> ξέων, ὑφέλκων, ἀντιβάλλων, προςπλέκων,
> καὶ τῇ πονηρᾷ, καὶ πανούργῳ συγχύσει
> τὴν χεῖρα κιχρᾷς, καὶ γραφῇ πλαστογράφῳ
> δικας ὑφαίνεις, μὴ δεδοικὼς τοὺς νόμους [4].

§. 4.

Versiones antiquas multas interiisse [1] atque in iis, quae adhuc supersunt, frequentem *ἀκρισιαν* obtinuisse omnes eruditi agnoscunt et dolent. Studia, quae critici in colligendis earum lectionibus genuinis et citationibus ex iis in SS. Patrum scriptis obviis posuere, sat clare confirmant ea, quae de corruptionibus codicum, ex quibus factae sunt, graecorum §. 3. diximus. Aequum esset, ut quasdam lectiones diligenter pensitaremus. Sed nobis propositum est, observationibus criticis alterius qualibuscunque et rem nostram et versionum usum in lectionibus probandis aut rejiciendis et eliminandis illustrare.

Codex regius arab. 27. in 12. continet versionem arabicam quatuor Evangelio-

4) Cf. Corporis Hist. Byz. Nov. Append. opp. G. Pisidae et Corippi Africani Grammatici complect. Romae 1777. fol. cf. etiam ibid. vs. 177. 180. 181. 505 — 508.

1) Chrysost. T. VII. p. 767. VIII. p. 10 ed. Montf. S. Hieronym. comment. in Ps. 86. et praef. in Evang. S. August. de Doct. christ. l. 2. c. 5. Theodoret pag. 555. Anastas. Sinias ὁδηγος c. 22.

rum anno millesimo vigesimo octavo, decimo die mensis Dzamadae primi editam [2], atque a Scharaino ben Demian Hatanaeo manu eleganti scriptam [3]. Evangeliis praecedunt prolegomena (مقدمة اربعة الاناجيل) Canones Eusebii, index testimoniorum a Christo et Apostolis in N. T. citatorum ex Vetere Testamento et Hymni. Cuique Evangeliorum praefixa est praefatio. Margini canones Eusebii, testimonia ex V. T., divisiones in capita اصحاح et sectiones (فصل) atque explicationes vocum quarundam. Fini cujusque Evangelii ὑπογραφαι adjiciuntur.

Censor textum, quem editio Erpenii exprimit, ex pluribus libris familiae potissimum alexandrinae sive graecis [4]) sive copticis emendavit. Quas lectiones ex versionibus syriacis petierit, perspectu difficile est. Textus indoles, orthographia in scribendis nominibus propriis et numeri omnes literis copticis expressi huic versioni Aegyptum patriam vindicant.

Caeterum quod de hoc codice adhuc dici mereatur, non habemus. Lectionum syllogen alio loco cum orbe literario communicabimus. In fine haec leguntur:

النسخة محررة علي عدّة نسخ قديمة سريانيّة وروميّة وقبطيّة وعربيّة واعتمدت
حقا رشا من النسخ المذكورة علي ما ثبت صحّته وترك منها ما ثبت سقمه نحو

2) Juvat proferre inscriptiones in codice sese invicem excipientes et observationes criticas subsequentes:

وكان الفراغ من كتابة هذا المصحف الشريف في يوم الخميس المبارك
الذي هو عاشر يوم من شهر جامدي الاول من شهور سنة ثمانية وعشرين
والف هلالية وذلك عمّا يرسم مخدومنا وعزيزنا المعلم يوسف البر . . . .

ad finem perducta est compositio hujus libri gloriosi die Jovis benedicto, qui est decimus dies mensis Dzamadae primi anno lunari millesimo vigesimo octavo. E numero illorum codicum quos describi jubebat dominus noster, et nobis plurimum colendus Magister Joseph . . . . . .

3) كتبه اضعف الضعفاء واذلّهم العاجز المسكين شراين بن دميان الحتناّي غفر
الله له ولوالديه ولمن دعا له بالمغفرة بطلبات السهداء والقديسين امين

Scripsit eum omnium maxime infirmus et vilissimus impotens pauper Scharain ben Demian Hatanäus. Deus condonet ei et parentibus ejus et ei qui veniam pro eo precabitur intercedentibus martyribus et sanctis. Amen.

4) His accensendum esse puto exemplar aegrotum sive laceratum (النسخة السقيمة) quod a censore in notulis fini subjectis bis laudatur. Lectio ἐν ἠσαΐᾳ τῷ προφήτῃ, quae ei κατ' ἐξοχην attribuitur, meam de codicum, quos describi jubebat Joseph, patria sententiam firmare videtur.

ما كتب في انجيل القديس مرقس هكذي بدو انجيل يسوع المسيح الله
كما هو مكتوب في الانبيا هاانذا مرسل ملاكي امام وجهك ليسهل طريقك
قدامك الصوت الصارخ في البرية اعدوا طريق الرب وسهلوا سبله. فاللذان ذكرا
ارسال الملاك هما موسي وملاخيا والذي ذكر الصوت هو اشعيا وكما كتب في
انجيل القديس يوحنا هكذي الريح يهب حيث يشا وتسمع صوته الا انك
لست تعلم من اين ياتي ولا الي اين يذهب هكذي هو كل مولود من الروح
جعل السيد الريح قياس للروح بخلف النسخة السقيمة التي تتضمن ان الروح
يهب حيث يشا ثم يقول هكذي هو كل مولود من الروح ومن المحال ان يكون
المثل عين الممثول وكما كتب في انجيل متي في النسخ القبطي خاصة ان
السيد المسيح اوصي تلاميده الا يقولوا لاحد انه يسوع المسيح فلفظة يسوع
ههنا لا حقيقة لا يرادها لان السيد كان معروف عند بني اسرايل وعند الامم
بتسميته يسوع وكان بسياسته يخفي انه المسيح وكان معروف عند الناس
لعلمه ولفعل الايات كونه كان يرحم المحتاجين لانه كان يجعل العمي يبصرون
والصم يسمعون والمقعدون يمشون والبرص يتطهرون والمجانين يعقلون والموتي
يقومون ونظير ذلك ومن المحال ان ينكر المرء نفسه ممن لا ينوهم في معرفته
واشيا اخر كثيرة غير ذلك اذا تاملتها العقلا من هذه النسخة ظهرت لهم صحتها
تميزت من غيرها والله اعلم بالصواب والحمد لله وحده.

„ Exemplar hoc ex multis exemplaribus antiquis syriacis, graecis, copticis et arabicis correcte et accurate editum est. Ita profecto versabar, ut retinerem ex libris laudatis id, cujus veritas solidis niteretur rationibus, rejicerem vero quod manifeste esset corruptum.

Sic v. g. in Evangelio sancti Marci ita scribitur: „ Initium Evangelii Jesu Messiae Dei, prouti scriptum est in Prophetis. Ecce ante faciem tuam mittam angelum meum, qui ante te viam tuam complanet. Vox clamans in deserto: parate viam domini et dirigite semitas ejus.“ Moses et Malachias referunt *το ἀποστελλειν τον ἀγγελον μου*. Jesaias vero allegat *το ἡ φωνη*. Clarum igitur est, hanc citationem

esse scriptam in prophetis atque adeo exemplar laceratum, quod eam Jesaiae integram attribuit, male legere [5]).

In Evangelio sancti Joannis legitur: „Ventus ubi vult, spirat et vocem ejus audis, sed nescis, unde veniat, nec quo proficiscatur. Eodem modo est omnis, qui natus est e spiritu.“ Instituit dominus comparationem inter ventum et spiritum adversante exemplari lacerato quod habet: spiritus ubi vult, spirat et statim addit: ita est et omnis, qui natus est e spiritu. Impossibile est siquidem, ut res quae comparationis loco adhibetur, sit ipsissima res, quae comparatur.

In Evangelio Matthaei exemplar praesertim copticum exhibet, quod dominus Messias jusserit discipulos suos nemini dici, quod ipse esset Jesus Messias. Non necesse est, ut vox: Jesu hic exprimatur. Domini enim nomen: Jesu apud filios Israel et apud gentes notum erat. Sed se esse Messiam occultare solebat. Dominus notus erat ob scientiam, qua pollebat, et ob signa, quae operabatur. Scilicet miserebatur indigentium. Fecit enim, ut coeci viderent, surdi audirent, claudi ambularent, leprosi purgarentur, daemone obsessi intelligentia pollerent, et mortui reviviscerent et sic porro. Fieri utique nequit, ut homo (ex illorum numero qui omnibus probe et absque dubitatione noti sunt) seipsum quodammodo abneget [6]).

5) Quae hic pro vindicanda lectione Marc. I. 2. ἐν τοις προφηταις disputantur, aliter statuenda sunt. Censor a suspicione liber non est, cum vel ex testis recentioris cujusdam auctoritate vel ex ingenio suo lectionem omnibus textus sacri familiis primitus communem ἐν ἡσαΐᾳ τῳ προφητῃ mutasse. Lectionem exemplaris lacerati (النسخة السقيمة) tueantur non solum versiones syriacae, copticae et arabicae, quas auctor consuluit, sed multae etiam aliae, SS. Patres antiquissimi et codices graeci aegyptiaci omnes. Nec adest ratio interna, cur eam repudiemus. Sanctus Evangelista certo non ignorabat, hujus citati partem solummodo in Jesaia propheta (XL, 3.) inveniri. Sed cum verba ab ipso laudata neque cum hebraico Malachiae III, 1. et Mosis Exod. XXIII. 23. al. textu nec cum graeca των ό versione consonent, patet, eum memoriter tantum citasse atque de ἀκριβειᾳ minus sollicitum, pro omnibus prophetarum principem, scilicet apud quem omnia quoad sententiam exstarent, quae in Malachiae verbis essent, obiter tantum in transcursu nominare voluisse δυο προφητειας ἐν διαφοροις εἰρημενας τοποις ὑπο δυο προφητων εἰς ἕν συναγαγων ut Schol ad h. l. Rejicienda vero est conjectura Eusebii ἐν τῳ προς μαρινον περι της δοκουσης ἐν τοῖς εὐαγγελιοι, περι της ἀναστασεως διαφωνια,, τουτο δε το προφητικον μαλαχιου ἐστιν, οὐχ ἡσαΐου· σφαλμα δι ἐστιν γραφεως.

6) Iis, quae auctor de permutanda voce روح cum ريح et de eliminanda voce ἰησους bene

Mitto multas alias res, quas cum eruditi perlustraverint, perspicient, quae in hoc libro recte expressa sunt, eaque ab erroribus distinguent. Deus optime scit, quod rectum est. Laus sit Deo unico [7]).

§. 5.

Idem de citationibus in SS. Patrum graecorum operibus obviis dicendum est. Eas interdum memoriter fieri, et sensum magis quam verba reddere, vel ex traditionibus, Evangeliis apocryphis, sive scriptis encyclicis petendas esse, non negamus: sed omnis earum indoles suadet, longe plurimas ex N. T. codicibus esse scriptas, immo multas in iis nobis servatas esse lectiones, quae librariorum facinore e codicibus evanuerunt [1]).

Adsunt etiam expressa veterum Patrum tam orientalis quam occidentalis ecclesiae testimonia, quae cum vel quarto post Christum natum saeculo sint antiquiora vel saltem codicum antiquissimorum conditionem nobis referant, multum ad hanc de codicum corruptione sententiam confirmandam adferunt adjumenti. Primus igitur, quod nos quidem sciamus et observaverimus, hac de re questus est S. Clemens Alexandrinus [2]) eo quo hominum *τῶν μετατιθέντων τὰ εὐαγγελία* mentionem facit loco. Sed et ipse ita, ut verear, ne alio trahant, qui suae opinioni adversari verba ejus existiment. Clarum autem est, Origenem [3]) duplicem sententiam tenuisse; alteram quae librariorum negligentia ortos fuisse diceret errores in codicibus Evangeliorum; alteram quae vel eosdem vel Grammaticos vel quicunque his libris usi sunt, existimaret per oscitantiam et licentiam eos admisisse: *εἰ μὲν μὴ*

profert observationibus, quae addam non habeo, nisi illud quod prior St Chrysostomi, St. Cyrilli, Theophylacti, Euthymii aliorumque suffragio nitatur, posterior multorum optimae notae codicum, versionum et Patrum consensu firmetur.

7) Eadem reperiuntur in codice Coislin. Evangeliorum No. 239, cujus prolegomena, canones, index testimoniorum, praefationes, ὑπογραφαι, textus et omnis indoles cum cod. 27. plane concinunt. Sed omittit, quae sub nr. 3 et 4. leguntur.

1) Cf. Nathanael Lardner credibility of the Gospel History P. II. or the principal facts of the new testament confirmed by Passages of Ancient Authors, who were contemporary with our Saviour or his Apostles, or lived near their time Vol. I. II.

2) Strom. l. IV. c. 6. ed. Joan. Potter. p. 582 et 758.

3) in Matth. Tom. XV. Vol. III. ed. Huet. p. 381. cf. ibid. p. 439. Comm. in Joann. p. 151.

καὶ περὶ ἄλλων πολλων διαφωνα ἦν προς ἀλληλα των ἀντιγραφων, ὥςτε παντα τα κατα ματϑαιον· μη συναδειν ἀλληλοις, ὁμοιως δε καὶ τα λοιπα εὐαγγελια .... νυν δε δηλον ὅτι ἡ των ἀντιγραφων διαφορα, εἴτε ἀπὸ ῥαϑυμίας τινῶν γραφέων, εἴτε ἀπὸ τόλμης τινῶν μοχϑηρᾶς τῆς διορϑώσεως τῶν γραφομένων, εἴτε καὶ ἀπὸ τῶν τὰ ἑαυτοῖς δοκοῦντα ἐν τῇ διωρϑώσει προςτιϑέντων καὶ ἀφαιρούντων. Praeterea S. Chrysostomus, Isidorus Pelusiota aliique interpretes multi in lectionibus falsis a veris distinguendis diligentes saepe ἀναγνωσεις της γραφης την διαφοραν notant.

Possemus hisce adjungere loca Tertulliani 4), Victorini 5), S. Hilarii 6), S. Augustini 7), S. Epiphanii 8), Ambrosiastri 9), ex quibus idem comprobaretur, sed in re tam clara temperandum est stylo, possuntque lectores adire St. Hieronymi prologos in varios sacrae scripturae libros, ejusque epistolas criticas et Bedae comm. in Act. Apost. ubi multa de lectionibus variantibus disseruntur.

§. 6.

Ex iis quae hucusque disputavimus, luce clarius apparet, jam primis religionis christianae temporibus N. T. exemplaria fuisse corrupta. Aut enim dicendum est, versiones et Patrum citationes postea demum ex iis mutatas, Patrum vero testimonia spuria esse, atque reverentiam in hos libros procedente tempore non increvisse, sed imminutam fuisse, quod nullo modo probabile est, aut certe fatendum, eos tum temporis fuisse interpolatos, dum ecclesia de canone librorum N. T. nondum statuerat, nulla ullius scripti auctoritas praevalebat, atque Grammaticorum oscitantiae, librariorum negligentiae et emendatorum licentiae omnis rei christianae status favebat.

His temporibus non solum haeresium auctores, eorumque sectatores peculiaria quaedam et doctrinae suae accommodata Evangelia habuisse; sed inter ipsos chri-

4) de monogam. c. 11.

5) l. II. contr. Arian. c. 8. l. I. c. 49.

6) Tract. in Ps. 138. nr. 43. cf. lib. X. de trinit.

7) de Doctr. christ. l. II. c. 11. 14. 15. contra faustum l. XI. c. 2.

8) l. l. et adv. Haer. l. I. p. 21. C. ed. Petav.

9) Comm. in Rom. V. 14.

stianos, qui nunquam ab universae ecclesiae fidei regula aberraverant, alia a nostris Evangeliis diversa in usu et auctoritate quadam fuisse, a criticis dudum observatum est. Multa quoque ἐγκυκλια vel συγγραμματα ex traditionibus accepta referentia sub Apostolorum nomine extitisse atque his Evangelistas tres priores in componendis Evangeliis usos fuisse, ex Scholiis antiquis, ex rei christianae statu primaevo et horum Evangeliorum indole conjici potest.

At vero vel in describendis libris notae marginales ex collatione cum variis hisce scriptis provenientes aut corruptiones a Grammaticis et librariis in primis Antigraphis factae et ad marginem vel inter lineas scriptae [1]) in textum recipiebantur, vel in dictando singuli errores a lectore commissi vel singula vitia prototypo inhaerentia in omnia calamo excipientium apographa necessario inferebantur, indeque in reliqua omnia ex iis facta transibant. Inerant igitur permultis exemplaribus communia menda, quae sensim in omnia exemplaria regionis alicujus, immo plurium provinciarum propagabantur, atque aucto glossarum marginalium adeoque et lectionum interpolatarum numero multiplicabantur.

Libros N. T. in Asia et Aegypto maximam partem compositos ibique ab ecclesiis particularibus syllogen duplicem του ἀποστολου et του εὐαγγελιου factam esse, a doctis dudum observatum est [2]). Eosdem ibi corrumpi saepissimeque describi potuisse, nemo negabit, qui statum orbis literarii illius aetatis non ignorat. Grammaticorum plurimi ex Schola Alexandrina prodierunt [3]), quos constat officium quadruplex διορθωτικον, ἀναγνωστικον, ἐξηγητικον et κριτικον satis male exercuisse [4]). Ibidem plerorumque, qui circa hoc tempus veluti agminatim prosilucre, librorum apocryphorum natalitia quaerenda sunt. Nec Asia iis caruit. Si igitur, quod res est, dicamus, profiteamur necesse est, grammaticos libris nostris fuisse perniciosissimos eorumque corruptiones toti orbi christiano communicatas. Neque tamen negaverim, procedente tempore non solum ecclesias quasdam lectiones peculiares sibi vindicasse, sed etiam civitates, insulas et monasteria. Illud autem mihi certum est, ad has duas terras generatim totum codicum genus revocandum esse.

1) Prioris consuetudinis locupletes testes sunt codices Parisini plerique, posterioris vero tum alii tum imprimis codex jam laudatus 216.

2) St. Hieron. Divini libri scripti vel interpretati in Palaestina et in Aegypto T. II. p. 655.

3) Cf. D'Ansse de Villoison Anecd. gr. II. p. 184. Proleg. ad Hom. l. l.

4) Cf. D'Ansse de Villoison Proleg. ad Hom. l. l.

§. 7.

Quum primum autem religionis christianae status confirmatus esset, plurimaeque ecclesiae et concilia de Canone statuissent, his corruptionibus finis impositus est. Libri apocryphi tanto studio abolebantur, quanto librorum canonicorum integritas custodiebatur. Verumtamen tot tantasque vicissitudines aliae excepetunt, quae libris nostris haud exiguum damnum intulere. Crescente nimirum in hos libros veneratione etiam studium invalescebat eos integritati pristinae restituendi. Quae autem ad id correctiones fiebant, diverso modo instituebantur. Exemplar cum archetypo ab ipso librario conferebatur, nihilque corrigebatur nisi *σφαλματα γραφικα*, iotacismi errores et *ν* superfluum. Codices, quos vidimus, in imperio graeco et in Occidente scripti plurimi hac ratione videntur recensiti. Tanta in hos libros fuit veneratio, ut librarii a lectione recepta recedere non auderent, lectionesque margini adscriptas una cum lectione textus recipiendas esse putarent. Qua ratione factum est, ut voces *δε* et *μεν*, *κυριος χριστος* et *ιησους* aliasque sese excipientes deprehendamus. Saepenumero in Oriente libri in consessibus emendari solebant, ita quidem ut ad dictantis vocem multi simul codices a pluribus congregatis corrigerentur. In codicibus syriacis et arabicis in margine passim indicatur, quousque collatio facta est. Atque hanc consuetudinem adhuc in Oriente vigere, Cel. Joannes Jahn ex ore Antonii Aridae Presbyteri Maronitarum se comperisse refert [1]).

Interdum librarii, cum codices exscriberent, plura exemplaria, quae praesto ipsis essent, consuluerunt atque ex iis eas lectiones in exemplar admiserunt, quae vel plurimis auctoritatibus nitebantur, vel quas maxime probabant. Testantur illud subscriptiones in codice Regio 53.

Εὐαγγέλιον κατὰ ματθαῖον ἐγράφη καὶ ἀντεβλήθη ἐκ τῶν ἐν ἱεροσολύμοις παλαιῶν ἀντιγραφῶν τῶν ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει ἀποκειμενων ἐν στίχοις ΒΦΙΔ.

Εὐαγγέλιον κατὰ μάρκον ἐγράφη καὶ ἀντεβλήθη ὁμοίως ἐκ τῶν ἐσπουδασμένων ἐν στίχοις αφϛ κεφάλαιοις CΛΖ *ἀμήν*.

Εὐαγγέλιον κατὰ λουκᾶν ἐγράφη καὶ ἀντεβλήθη ὁμοίως ἐν στίχοις ΒΧΟΖ *κεφ.* ΤΜΘ.

1) Einleitung ins Alte Testament I. p. 378. 379.

Εὐαγγέλιον κατὰ ἰωάννην ἐγράφη καὶ ἀντεβλήθη ὁμοίως ἐκ τῶν αὐτῶν ἀντιγραφῶν ἐν στίχοις BCI κεφ. ϲλβ. Τριᾶς μονᾶς ἐλέησον δανιηλ τὸν ξύσαντα τήνδε τὴν βίβλον. Ἀμήν.

Reg. 186.

Εὐαγγέλιον κατὰ ματθαῖον ἐγράφη καὶ ἀντεβλήθη ἐκ τῶν ἱεροσολυμοις (ἐν ἱεροσολύμοις) παλαιῶν ἀντιγραφῶν ἐν στίχοις ΒΦΙΔ.

Εὐαγγέλιον κατὰ μάρκον ἐγράφη καὶ ἀντεβλήθη ὁμοίως ἐκ τῶν ἐσπουδασμένων στίχοις αφϛ κεφάλαιοις ϲλζ.

Εὐαγγέλιον κατὰ λουκᾶν ἐγράφη καὶ ἀντεβλήθη ὁμοίως ἐν στίχοις BXOZ κεφάλαιοις τμε.

Reg. 188.

Εὐαγγέλιον κατὰ μάρκον ἐγράφη καὶ ἀντεβλήθη ὁμοίως ἐκ τῶν ἐσπουδασμένων στίχοις αφϛ κεφάλαιοις CΛZ. Idem fere in fine Ev. Lucae et Joannis.

et Neapol. 223. Act. et ep. cont. Ἀντεβλήθη δὲ ἡ βίβλος πρὸς τὸ ἐν καισαρείᾳ ἀντίγραφον τῆς βιβλιοθήκης τοῦ ἁγίου Παμφίλου χειρὶ γεγραμμένον [2]).

Hanc αντιβολην in permultis aliis codicibus factam fuisse, quae his notis carent, consentaneum est. Fieri quoque solebat, ut lectionem ex uno exemplari jam transscriptam mutato consilio cum lectione alterius exemplaris commutarent puncto cuilibet literae vocive delendae superposito aut punctis vocem includendo (περιστιζοντες) vel priore scalpello erasa, ita quidem, ut prior scriptura in aliis sub rasura adhuc legi possit, in aliis vero non appareat. Interdum demonstratu haud difficile est, hoc correctionum genus permultis libris commune manui posteriori originem debere, in longe plurimis autem demonstrari non potest. Notissima apud veteres emendandi ratio e rat falsa, librariorum vitio intrusa, obelo confodiendi et asteriscis notandi [3]). Ex codicibus, quos contuli, alii haec signa jam S. Hieronymi tempore a scribis omissa [4]) plane non habent, alii dubiis tantum in locis v. g. Joan. VII, 53 — VIII, 11. V, 3 — 5. Marc. XVI, 9 sq. Luc. XXII, 43 — 44.

2) Cf. Fabric. Bibl. gr. ed. Harles. V. p. 789.

3) J. B. C. D'Ansse de Villoison Proleg. ad Iliad. p. XIII — XX. Anecd. gr. II. 119. 129—131. 136 — 139. St. Hieron. T. I. Proleg. in Genes. Iob. Paralip. Ps. T. II. p. 627. T. III. 1173. 255. T. IV. 423. 626 ed. Martian. Montfaucon Hexapl. p. 38.

4) T. II. pag. 651. „quae signa dum per scriptorum negligentiam a plerisque quasi superflua relinquuntur, magnus in legendo error exoritur.“ cf. Villoison Anecd. gr. II. p. 130.

Rom. XV, 25. 26. 27. alii alia ad certam rationem non revocanda 5). Sed multò frequentius lectiones minus probabiles margini sub vocibus Γ (γραφεται) ἐν ἄλλῳ, ἐν ἄλλοις, ἐν τισὶ adscriptas deprehendimus. Commentariorum et Scholiorum auctores in eis notandis his formulis utuntur:

τινές γράφουσι, τινές ἀνεγνώσαν, ἐν τισί εὕρομεν, ἐν τισί φέρεται, φέρεται δὲ καὶ ἑτέρα ἀναγνωσις, ἐν τοις ἀρχαῖοις, ἐν τοις πλείοσι, ἐν τοις ἀσφαλεστεροις, ἐν τοις ἐσπουδασμένοις φέρεται, ἐν τισί κεῖται, ἢ ὡς ἐν τισί, κατὰ μὲν τινά τῶν ἀντιγραφῶν, τὰ ἀκριβη ἔχει, ἀνεγνωμεν δὲ καὶ ἐν ἄλλοις, τὰ ἀκριβη. ἔχει, τινές οὕτω τοῦτο τὸ χωρίον ἀναγινωσκουσι. ἰστεον μέντοι ὅτι τινά τῶν ἀντιγραφῶν ἔχει. παρὰ πλειστοις ἀντιγραφοις ταῦτα τὰ ἐπιφερομενα ὡς νοθα νομισαντες οὐκ ἔθηκαν. ἐν τισί τῶν αντιγραφῶν ταυτα οὐ κεῖται, ἐν δὲ τοις ἀρχαῖοις παντα ἀπαραλειπτα κεῖται.

Innumera istiusmodi notarum testimonia ex codicibes Parisinis enumerare possemus, sed res haec optime illustrari poterit, ubi codicum descriptionem exhibebimus.

§. 8.

Sed qui sint hi correctores, certo dici non potest. Perobscura enim est paucorum memoria, quorum nomina ad nos pervenerunt. Qui corruptos codices jam primis aerae christiarae saeculis ad artis criticae normam tractarent, multi forsan sunt, sed horum operum vestigia aut nulla, aut pauca tantum supersunt. In scripta enim eorum, qui ob temeratam fidem male audiebant, tanto conatu a conciliis et episcopis saeviebatur, ut velitum esset, ne quis ea describeret, orthodoxorum vero conatus in hac re vel male excepti vel a librariis neglecti sunt. Theophilum, Hippolytum M., Theodorum Heracleotam, Apollinarem Laodicenum, Didymum Alexandrinum multosque alios 1) in describendo textu et conficiendis commentariis artem criticam interdum exercuisse, nullus dubito. Origenem summa religione in codicibus tractandis versatum in N. T. qualemcunque lectionem adoptasse, quis est qui hoc sibi persuadeat. Ejus exemplaria tanti habita fuisse, ut

5) In hujus rei exemplum citasse juvat codicem R. 78² in quo lectiones familiae constantinopolitanae plurimae sub variis notis margini adpositae sunt.

1) Cf. St. Hieron. Proleg. in Matth. T. IV. P. I. et ep. ad Magnum Oratorem quendam urbis Romae T. II. p. 656.

ante et post Pamphilum et Eusebium ab ecclesiis Palaestinae in locis dubiis consulerentur, vel ex Hieronymo [2]) vel inde conjici potest, quod Alexander Hieros. et Theoctistus Caesareens. episcopus omnibus ejus laboribus plurimum faverent et eorum praecipue impulsu ab eo suscepti videantur.

Proxime subsequenti aetate simile studium Lucianum Martyrem Antiochenae ecclesiae presbyterum et Hesychium Martyrem episcopum Aegyptiacum in libris N. T. posuisse, ex eodem Hieronymo [3]) novimus. Verum cum de horum hominum opera pleraque ignota sint, res ab integro mihi videbatur inquirenda. Observavi igitur, omnibus Eusebii, S. Chrysostomi, S. Athanasii, S. Hieronymi, Rufini, Socratis, Sozomeni, S. Epiphanii, Theodoreti, Suidae, Philostorgii, Chronici Alexandrini aliorumque de Luciano atque Eusebii, S. Hieronymi, Joannis Malalae de Hesychio locis diligenter pensitatis de eorum opera in N. T. collocata utique probabiliter disputari posse, sed non minus probabile videri, eorum codices idem quod plerique alii fatum expertos fuisse [4]).

Eadem via incedere S. Chrysostomus et Isidorus. His adjungimus Euthalium

2) ad Matth. XXIV, 36. T. IV. p. 118. dicit: illud „neque filius" in graecis et maxime Adamantii et Pierii exemplaribus non haberi. Ad Gal. III, 1. T. IV. p. 249: legitur in quibusdam codicibus: quis nos fascinavit non credere veritati? Sed hoc quia in exemplaribus Adamantii non habetur omisimus.

3) „De Novo nunc loquor Testamento . . . . hoc certe cum in nostro sermone discordat, et in diversos rivulorum tramites ducit, uno de fonte quaerendum. Praetermitto eos codices, quos a Luciano et Hesychio nuncupatos paucorum hominum asserit perversa contentio, quibus utique nec in toto veteri instrumento post septuaginta interpretes emendare quid licuit, nec in Novo profuit emendasse, cum multarum gentium linguis scriptura ante translata doceat, falsa esse, quae addita sunt." Hieron. Epist. ad Damas. cf. Fabricii Bibl. gr. ed. Harles. VII. p. 305 sq.

4) Hieron. Script. eccles. LXXVII. dicit usque nunc (tempora Hieron.) quaedam exemplaria scripturarum Lucianea nuncupari. — Scholion Codicis 451 folii 172 margini saeculo XV. adscriptum ad Justini λόγον παραινετικὸν πρὸς ἕλληνας c. 13. septem referens των ό versiones praeter alia a vulgaribus diversa haec habet: ἑβδόμη ἡ τοῦ ἅγιου λουκιανου του μεγαλου ἀσκητοῦ καὶ μάρτυρος εὑρεθεῖσα μετὰ τὴν ἄθλησιν αὐτοῦ ἰδιόχειρος ἐν νικομηδίᾳ ἐπὶ κωνσταντίνου παρὰ ἰουδαίους ἐν πυργίσκῳ κεκονιαμένῳ. An ejus recensio N. T. ei adjuncta fuerit, non patet.

Alexandrinum [5], qui in opere suo codices ex Bibliotheca Pamphili contulit, ut subscriptio codicis Coisliniani 202 docet [6].

Quid tenendum sit de narratione Victoris Tunenensis „Messala Consule Constantinopoli jubente Anastasio sancta Evangelia tanquam ab idiotis Evangelistis composita reprehenduntur et emendantur", mihi non constat. Neque tamen negari potest, aliquod illi pondus accedere ex iis quae de rebus gestis atque erroribus hujus imperatoris referuntur [7].

In simili causa versati perobscura est memoria Apollinarii *του κοινοβιαρχου* [8]. Ex nota codicum Regiorum 53 et 188 in Palaestina scriptorum colligi potest, eum in monasterio hujus terrae vitam degisse, et ex usu vocis *κοινοβιαρχος* in J. Phocae *ἐκφρασει ἐν συνοψει τῶν ἀπ' Ἀντιοχείας μέχρις ἱεροσολύμων κάστρων, καὶ χωρῶν, συρίας, φοινίκης, καὶ τῶν κατὰ παλαιστίνην ἁγίων τόπων* [9] conjicio, hujus monasterii situm p. 11 A. [10] p. 14 C. D. p. 16 B. describi [11]. Caeterum de hoc auctore, quid statuendum sit, doctiores viderint, mihi rem compertam proposuisse sat est [12].

5) Cf. Galland Biblioth. Patrum et Antiq. script. T. X. p. 250. Zacagni collect. monum. vet. ecclesiae graecae, Romae 1698. 4. p. 537.

6) *ἀντεβλήθη δὲ ἡ βίβλος πρὸς τὸ ἐν καισαρείᾳ ἀντίγραφον τῆς βιβλιοθήκης τοῦ ἁγίου παμφίλου χειρὶ γεγραμμένον.*

7) Cf. le Beau Hist. du Base empire T. X. l. 39. Theophan. in Chronograph. pag. 126 sq. cf. Petri Wesselingii Dissert. de Evangeliis jussu imp. Anastasii non emendatis in Victor. Tunens. Trajecti ad Rhen. 1738.

8) ad Joh. VII, 53 — VIII, 11. *τὰ ὠβελισμένα ἐν τισὶν ἀντιγράφοις οὐ κεῖται* (188 *κειντaι*) *οὐδὲ ἀπολιναρίου* (188 *ἀπολιναρίῳ*), *ἐν δὲ τοῖς ἀρχαῖοις ὅλα κεῖται* (188 *κειντaι*) *μνημονεύουσιν της περικοπης ταύτης καὶ οἱ ἀπόγραφοι* (188 *ἀποστολοι*) *πάντες, ἐν αἷς ἐξέθεντο διατάξεσιν εἰς οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας.*

9) Cf. Montfaucon Palaeogr. gr. p. 40. et ejusd. Hexapla p. 14. 15.

10) L. Allatii Symmicta in Supplem. ad Byzant. Venetiis 1733.

11) *ὑποστρεφόμενος πρὸς τὴν ἁγίαν πόλιν, οὐ διὰ τῆς κοιλάδος, ἀλλὰ διὰ τοῦ ταύτης ζυγοῦ, εὑρήσεις πρὸ ἓξ μιλίων αὐτῆς τὴν μονὴν τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν θεοδοσίου τοῦ κοινοβιάρχου λ.*

12) Cf. cum his Epiphaniae hagiopolitae enarrat. Perdicae expositi et Anonymi de locis Hierosol. in Allatii Symmict. ibid. ex quibus apparere videtur nulli alii Palaestinae monasterii praefecto hoc nomen attributum fuisse.

Possemus referre plures ut Danielem τον κριτικωτατον, scribas codicum regiorum 186, 188. et Neapol. 223. cf. §. 7. multosque alios vel librarios vel Scholiastas, quorum modus corrigendi e §. 7. cognosci potest. Et est in iis interdum aliquid boni judicii, sed plerumque ad textum vulgo receptum lapsi sunt deficientibus codicibus antiquis et omnibus fere e commentariis superiorum potissimum Chrysostomi pendentibus.

§. 9.

Sed haec qualiacunque studia ad textus γνησιοτητα restituendam parum profecerunt. Universa enim artis criticae ipsa ratio illis temporibus fluctuabat. Differebant praeterea censores tum judicii subtilitate ac ακριβειᾳ, tum adminiculorum, quibus utebantur, discrimine. Cum plurima vitia inde a primis religionis christianae temporibus omnibus ejusdem provinciae codicibus communia essent §. 6, et collatio ex iis solummodo fieri soleret, differentia magna inter codices correctos et non correctos ejusdem provinciae observari non potest. Textum autem differre pro ratione provinciarum mirum videbitur nemini, qui non ignoret, idem in permultis auctorum etiam profanorum libris locum habere. Atque in N. T. rationes haud exigui momenti externae sunt, quae huic rei favent. Morem legendi Evangelia et Epistolas in ecclesia antiquissimum esse, nemo dubitare potest, qui in evolvendis veterum Patrum monumentis versatus sit. Dabatur igitur ab Episcopis negotium viris doctis, qui in exemplaribus describendis formam externam et internam in Dioecesi usitatam vel receptam exhiberent. Quum primum religionis status confirmatus et Patriarcharum potestas conciliis circumscripta esset, eadem librorum conformitas in plures dioeceses propagabatur. Versiones autem textum provinciae sequebantur, cujus patriarchae ii, qui iis utebantur, submissi erant, vel cujus liturgiam observabant, vel ex qua Evangelii praedicatores proveniebant. Universam igitur ejus conformationem parum diversam fuisse puto in ecclesiis Aegypti primae, Aegypti secundae, Arcadiae, Thebaidis inferioris, Thebaidis superioris, Lybiae inferioris, Lybiae superioris, Aethiopiae, Abessiniae, apud Homeritas, Nubios et Saracenos quosdam. Nec minus probabile est, ejus habitum in ecclesiis Syriae primae, Syriae secundae, Theodoriae, Ciliciae primae, Ciliciae secundae, Isauriae Euphratensis, Osrhoënsis, Mesopotamiae, Phoenices primae, Phoenices Libanisiae et Arabiae eundem fuisse. Hunc autem ab eo Palaestinae, Judaeae,

Samariae utriusque et Galilaeae non discrepasse, ex codicibus,, quos ex his provinciis habemus, colligi et ex perpetuo harum ecclesiarum intercursu conjici potest. — Sectas in Asia et Africa dispersas peculiarem textum sibi vindicasse, multa docere videntur. Quam difficile autem sit, e ruderibus antiquitatis veluti e tumulis sepulta eruere et ad lucem provocare indubitata quaedam, nemo nescit. Atque quominus quidquam certi in Orthodoxorum codicibus pronunciemus, obstant cum silentium historicorum tum documentorum antiquorum penuria. — Negligentia, invidia, superstitione, incendiis, bellis continuis, infidelium persecutionibus, tineis, terrae motibus, ruinis, seditionibus et plurimorum Asiae et Africae christianorum conversione ad fidem Mohammedanam libri antiquissimi perierunt. Quos haec fata reliquerant, ab Episcopis egenis vix ac ne vix quidem comparari potuerunt et vetusti, 'quos habebant, usu quotidiano detriti et consumti sunt. Aucta est haec calamitas per ecclesiasticorum ignorantiam, qui veteres codices neglexerunt optimum rati, si novos potius quam veteres haberent, et zelum praedicatorum Evangelii, quos Missionarios dicunt, qui eos flammis abolendos potius judicaverunt, quam in Europam mittendos. Ex primis ergo quatuor saeculis nulli, ex sex sequentibus pauci N. T. codices graeci supersunt. Quae fata subierit textus librorum N. T. in supradictis ecclesiis Patriarchatus Alexandrini, Antiocheni et Hierosolymitani, ad latum unguem resecari non potest, nec tum certo constabit, quando editionibus versionum antiquarum criticis, Patrum graecorum et officiorum ecclesiasticorum lectionibus colligendis multiplices operae junctis multorum studiis sustentandae navatae erunt. Neque tamen negari potest, ex paucis quae supersunt harum provinciarum documentis multa certa et indubitata effici posse. Textus autem conformitas in patriarchatu constantinopolitano et in ecclesia latina extra omnem controversiae aleam posita est.

Prius vero quam ad ipsam familiarum [1]) recensionem transitum faciamus, breviter explicare aut saltem tangere lubet universum tenorem, qui in iis cernitur, ut hinc aliquid lucis accedat iis, quae sequuntur, atque ne nimia a me in demonstranda earum indole expetantur. — Ac primum quidem earum indoles non ita est comparata, ut corruptiones semper ad certum quoddam systema reduci possint;

1) Hoc nomen rem optime exprimere arbitror. Ex iis quae hucusque disputata sunt, facile patet, mihi rem esse non posse cum certa quadam recensione.

sed quaeque vel ex omnibus vel ex plerisque generibus §. 4. recensitis plus minusve, prout casus tulit, sibi vindicat. Deinde documenta uniuscujusque classis non eaedem in omnibus familiae adhaerent, nec ita inter se consonant, ut non interdum dissentiant. Non igitur ex una alterave lectione consulto conquisita, sed ex universo habitu judicandum est, cujus sit quodque familiae. Hic autem in quatuor classibus ita comparatus est, ut cujusvis classis librorum affinitas extra omne dubium posita mihi videatur.

§. 10.

Supra ostendimus, in Aegypto antiquissimis temporibus codices Novi Testamenti saepissime descriptos et librariorum grammaticorumque facinore magnopere fuisse corruptos. Inter eos duas classes distinguendas esse existimo, quae in multis antiquis lectionibus consonant, sed in innumeris ita differunt, ut natalitiis diversis originem debere videantur. Aliam a sede omnis eruditionis et calligraphorum amplissima, in qua ejus lectiones ortae videntur Alexandrinam, aliam deficiente nomine congruo atque ignotis ejus natalitiis genuinis a patria plerorumque documentorum, quae eam exprimunt, cum Griesbachio, Occidentalem vocamus.

Classi occidentali accensetur:

Regii 314. fragm. Ev. Lucae IX, 36—47. X, 12—22 cont. saeculo VIII scriptum.

Griesb. D. Cantabrigensis graecolatinus saeculo VIII scriptus. Totum codicem excudi curavit Kiplingius.

Gr. 1 Basil. B VI. 27. saec. X. a Wetstenio collatus [1]).

Gr. 13. Reg. 50. saec. XII. mutilus a Begtrupio collatus [2]).

Gr. 28. Reg. 379. saec. XI. Etsi in lectionibus plerisque ab omnibus codicibus vel plane recedat vel paululum differat, tamen ob universum textus tenorem huic classi eum associare non dubitavi.

Gr. 69. Leicestrensis in Bibliotheca hujus civitatis, saec. XIV. mutilus, curatius collatus a Jacksonio.

Gr. 124. Vindobon. Lamb. 31. saec. XI. a Treschovio, Birchio et Altero [3]) collatus.

1) Cf. N. T. cum variis lectionibus, Amstelod. 1751. T. I.

2) Cf. Quatuor Evangelia cum Variantibus ed. Birch. Havniae 1788.

3) N. T. ad codicem vindob. gr. expressum, varietatem lectionis addidit Car. Alter, Viennae 1787.

Gr. 131. Vatican. 360. saec. XI. a Birchio coll.

Gr. 157. Vatic. 2. saec. XII. a Birchio coll.

Regius 177. 4 Evang. cum Scholiis locupletissimis continens, saeculo XI.. a Sectario Theodori Mopsuesteni, ut opinor, scriptus.

Reg. 375. lectiones N. T. excepta Apocalypsi continens anno 1022. manu Heliae Presbyt. et Monachi in Gallia meridionali in castro de Colonia ad usum monasterii S. Dionysii scriptus 4). In Evangeliis a codice D. rarissime differt, sed in Actibus Apostolorum et in epistolis plerumque cum familia Alexandrina facit.

His interdum accedunt versio sahidica saec. IV, cujus fragmenta edidit C. G. Woide post Joh. Aloysii Mingarelli, Münteri et Ant. Georgii curas, versio syrohierosolymitana 5) et lectiones in margine versionis syro-philoxenianae. Praeterea iis plerumque assentiunt versiones latinae ante receptam Vulgatam usitatae 6) cum Patribus Africanis Tertulliano, S. Cypriano, Lactantio, Victorino, S. Augustino, incerti auctoris libro contra Fulgentium Donatistam.

Italis Zenone Veronensi, Gaudentio Brixensi, Chromatio Aquilejensi, S. Ambrosio, Ambrosiastro, Rufino, Auctore operis imperfecti in Matthaeum, S. Graegorio Magno, Lucifero Calaritano.

Gallis S. Irenaeo, S. Hilario, Julio Firmico, Materno, Phoebadio Agennensi Hispano, S. Juvenco et Officio Mozarabico.

Vulgata, quam secuti sunt S. Isidorus, Remigius, Beda, Rabanus, Haymo, An-

4) Cf. Montfaucon Palaeogr. gr. p. 292.

5) Cf. Adler N. T. versiones syriacae p. 137.

6) Cf. Pet. Sabatier Bibliorum sacrorum latinae versiones antiquae seu vetus Itala et ceterae quotquot in codicibus manuscriptis et antiquorum libris reperiri potuerunt, quae cum Vulgata latina et cum textu graeco comparentur. III Vol. Remis 1743. fol.

Jos. Blanchini Evangeliarium quadruplex latinae versionis antiquae, seu veteris Italicae, nunc primum in lucem editum ex codicibus manuscriptis aureis, argenteis, purpureis etc. sub auspiciis Joannis V. Regis fidelissimi Lusitaniae Algarbiorum etc. Romae 1749. Part. II. fol.

Harum versionum viginti sex codices in Europae bibliothecis servatos novimus. Plerorumque lectiones in opp. sub no. 6. laudatis reperiuntur.

selmus, Petrus Damiani, S. Bernardus caeterique omnes, qui his mille annis in ecclesia latina floruerunt;

denique Lectionaria, Breviaria, Missalia Antiqua, Acta Martyrum etc.

Classis Alexandrinae textum referunt:

B. Vatic. 1209. V. et N. T. cont. mutilus saec. V. a Birchio collatus [7].

C. Reg. 9. V. et N. T. cont. mutilus, rescriptus Ephraem Syri saec. VI. a Wetstenio collatus.

L. Reg. 62. Evang. cont. mutilus saec. VIII. a Wetstenio et Griesbachio [8] collatus.

P. Guelpherb. A. rescriptus Evangeliorum fragmenta cont. saec. VI.

Q. Guelpherb. B. rescriptus fragmenta e Luca et Joanne cont. saec. VI. Hunc et praecedentem Cod. contulit Knittel [9].

T. Borgiae I. fragm. Joh. VI, 28—67. VII, 6— VIII, 31. graeco sahid. Saec. IV. eum vindicare studuit Georgi. Ejus lectiones dederunt Georgi [10] et Birch.

22. Reg. 72. Ev. cont. mutilus a Matth. I, 1 — II, 2. saec. XI.

33. Reg. 14. Partem Veteris T. et N. T. excepta Apocalypsi integrum cont. mutilus saec. XI. scriptus.

102. Medicaeus fragm. e Matth, XXIV. ad Marc. VIII, 1. cont. Collationem ejus editioni Plantinianae adscriptam sibi comparavit Wetstenius.

Regius 305. lectiones N. N. cont. saec. XIII.

His se associant Versio coptico-memphitica [11] saec. IV, copt. basmurica [12],

7) Lectiones ab eo omissas ex collatione accuratissima in Bibliotheca regia servata sub No. 52ª atque a Leone Alatio, ut opinor, facta supplevi.

8) N. T. gr. textum ad fidem codicum versionum et patrum recensuit et lectionis varietatem adjecit J. J. Griesbach V. I. Halae Sax. 1796. cf. Symb. crit. T. I. p. LXI sq.

9) Ulphilae versio gothica nonnullorum capitum ep. ad Rom. in App.

10) Fragm. Evang. S. Joan. gr. copt. thebaicum, Romae 1789. 4.

11) N. T. Aegypt. vulgo copt. ex mss. Bodlej. descripsit, cum Vatic. et Parisiensibus cont. et in lat. sermonem convertit. Oxonii 1716. 4.

12) W. T. Engelbreth fragm. Basmurico copt. V. et N. T. quae in Museo Borgiano Veletris asservantur cum reliquis versionibus Aegypt. contulit, lat. vertit nec non crit. et philol. adnot. illustr. Havniae 1811.

copt. sahidica [13]), aethiopica [14]) saec. V, armenica [15]) saec. VI et syro philoxeniana recensita [16]) saec. VIII.

S. Clemens Alexandr., Origenes [17]) saec. III, Eusebius, S. Anastasius, Ammonius, Didymus, S. Cyrillus Alexandr. [18]) saec. V, Marcus, Macarius, Kosmas Indicopleustes, Nonnus, Isidorus Pelusiota, Theodorus Pelusiota saec. V. et in plerisque lectionibus Chrysostomus.

§. 11.

Et haec quidem documenta sunt, quod nos observaverimus, quae utriusque familiae aegyptiacae textum exhibent: ad ea veniamus, quae ejus indolem spectant. Omnino textus, quem exhibent, ratio haud melius explicari potest, quam his Griesbachii verbis: Grammaticum egit Alexandrinus censor, interpretem occidentalis. — Parum interest repetere, quae duumviri cl. J. J. Griesbach [1]) et J. L. Hug [2]) hac de re disputaverunt. Illud tantum, quod majoris est momenti, quove earum tenor optime perspiciatur, videamus.

13) Appendix ad editionem N. T. gr. e codice ms. Alexandrino a Car. God. Woide descripti, in qua continentur fragmenta N. T. juxta interpretationem dialecti superioris Aegypti, quae thebaidica vel sahidica appellatur, e codicibus oxoniensibus maxima ex parte desumta cum dissertatione de versione Bibliorum Aegyptiaca, quibus subjicitur Vaticani codicis collatio. Oxonii 1799. fol.

14) ed. Romae 1584. in 4. et in Polyglott. Lond.

15) ed. Zohrat Venetiis 1805. fol.

16) Sacrorum Evang. versio syr. philox. ex codd. mss. Ridlejanis nunc primum ed. cum interpr. et annot. Jos. White. T. I. Oxonii 1778.

17) Clement. Alex. et Origenis lectiones summa diligentia excerpsit J. J. Griesbach Symb. crit. II. p. 241 sq.

18) J. S. Vater Specil. I. observat. ad usum Patrum graecorum in critica N. T. pertinentium. Regiomonti 1810.

1) Symb. crit. I. p. CXVII sq. II. p. 621 sq. Proleg. in N. T. ed. Halens. p. LXXVII. Comment. crit. Part. II. p. XXXXI. et curae in hist. textus epistolarum Paul. p. 60 sq.

2) Einleitung in die Schriften des Neuen Testaments, Tübingen 1808. p. 118 — 125. 143 — 164, ubi de κοινη εκδοσει (Griesbachii recensione occidentali) et pag. 173 — 176, ubi de recensione Hesychii (Griesbachii Alexandrina) docte ut solet disserit.

Ac primum censor occidentalis, quae eadem in re alius Evangelista plus dixit, in alio addebat, uno e quatuor Evangelistis primum perlecto, eundem sensum ab alio aliter expressum ad ejus exemplum caeteros quoque emendandos existimavit: unde accidit, ut mixta sint omnia, et in Marco plura Lucae et Matthaei, in Matthaeo multa Joannis et Marci, et in caeteris reliquorum, quae aliis propria sunt, inveniantur [3]). Sic Matth. XX, 28 post *ἀντὶ πολλῶν* e Luc. XIV, 8 haec interpolata habet:
ὑμεῖς δὲ ζητεῖτε ἐκ μικροῦ αὐξῆσαι, καὶ ἐκ μείζονος ἔλαττον εἶναι, εἰςερχόμενοι δὲ, καὶ παρακληθέντες δειπνῆσαι, μὴ ἀνακλείνεσθαι εἰς τοὺς ἐξέχοντας τόπους, μήποτε ἐνδοξότερός σου ἐπέλθῃ, καὶ προςελθὼν ὁ δειπνοκλήτωρ εἴπῃ σοι, ἔτι κάτω χώρει· καὶ καταισχυνθήσῃ. ἐὰν δὲ ἀναπέσῃς εἰς τὸν ἥττονα τόπον, καὶ ἐπέλθῃ σου ἥττων, ἐρεῖ σοι ὁ δειπνοκλήτωρ· σύναγε ἔτι ἄνω, καὶ ἔσται σοι τοῦτο χρήσιμον. — Matth. XXVII, 28 *ἐκδύσαντες αὐτὸν, ἱμάτιον πορφυροῦν καὶ χλαμύδα κοκκίνην περιέθηκαν αὐτῷ* ex Marc. XV, 17 et Joan. XIX, 2. — Matth. XXVII, 35 *ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ προφήτου· διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον* ex Joan. XIX, 24. Luc. V, 19 post *ἐπὶ τὸ δῶμα* habet *καὶ ἀποστεγάσαντες τοὺς κεράμους, ὅπου ἦν, καθῆκαν τὸν κραβάττον σὺν τῷ παραλυτικῷ* ex Marc. II, 4. Genealogia Matthaei ex ea Lucae etc.

Supplementa ad loca ex Vetere Testamento petita saepe addit, v. g. Matth. XIII, 14 ante *ἀκοῇ ἀκούσατε* ponit verba *πορεύθητι, καὶ εἰπὲ τῷ λαῷ τούτῳ* ex Jes. VI, 9 etc. Interpretamentis, periphrasibus, additamentis undecunque conquisitis et vocabulorum sententiarumque transpositionibus sensum clariorem minusque impeditum et minus durum reddere conatur, v. g. Luc. IV, 14 pro *εἰς μαρτύριον αὐτοῖς* habet *ἵνα εἰς μαρτύριον ᾖ ὑμῖν τοῦτο.* Matth. XXVI, 15 *στατῆρας* pro *ἀργύρια.* Matth. XIV, 2 post *ὁ βαπτιστής* addit *ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα.* Marc. III, 24 pro *καὶ ἀκούσαντες οἱ παρ αὐτοῦ* habet *καὶ ὅτε ἤκουσαν περὶ αὐτοῦ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ λοιποί.* Marc. X, 12. pro *ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ* habet *γυνὴ ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς καὶ γαμήσῃ ἄλλον.* Luc. XII, 38 pro *καὶ εαν ελθῃ ἐν τῇ δευτέρᾳ φυλακῇ καὶ ἐν τῇ τρίτῃ φυλακῇ ἔλθῃ καὶ εὕρῃ οὕτω* habet *καὶ ἐὰν ἔλθῃ τῇ ἑσπερινῇ φυλακῇ, καὶ εὑρήσει οὕτως, ποιήσει· καὶ ἐὰν ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ τῇ τρίτῃ, μακάριοι,* vel *καὶ ἐὰν ἔλθῃ τῇ ἑσπερινῇ φυλακῇ καὶ εὕρῃ οὕτως ποι-*

3) Cf. Hieron. Prolog. in Ev. Ep. ad Damas.

οὗντας, μακάριοί εἰσιν· ὅτι ἀνακλινεῖ αὐτοὺς καὶ διακονήσει αὐτοῖς· κἂν ἐν τῇ δευτέρᾳ κἂν ἐν τῇ τρίτῃ φυλακῇ ἔλθῃ, καὶ εὕρῃ οὕτως; vel: et si venerit vespertina vigilia et ita invenerit, beati sunt: quoniam jubebit illos discumbere, et ministrabit illis. Hoc autem scitote etc.; vel: et si vespertina hora venerit, et si media nocte, et si galli cantu, et inveniat eos vigilantes, beati sunt. Luc. V, 5 pro χαλάσω τὸ δίκτυον ponit οὐ μὴ παρακούσομαι. Luc. XVI, 19 ante ἄνθρωπος habet εἶπεν δὲ καὶ ἑτέραν παραβολήν. Joan. XIV, 1 ante μὴ ταρασσέσθω habet καὶ εἶπεν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. Luc. VI, 10 post ἡ ἄλλη habet καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· ὅτι κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ σαββάτου. al.

Quae tandem sententiam obscuram reddere aut contextui aliisve locis repugnare videntur; omittit v. g. Matth. XIII, 1 ἀπὸ τῆς οἰκίας. XXII, 24 τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. Marc. VII, 24 καὶ σιδῶνος. IX, 49 πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται. XVI, 1 διαγομένου τοῦ σαββάτου. II, 26 ἐπὶ ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως. XV, 24 τίς τί ἄρῃ. item synonyma ut Marc. VIII, 15 ὁρᾶτε. XI, 28 καὶ τίς σοι τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἔδωκεν ἵνα ταῦτα ποιῇς. Luc. XXI, 15 ἀντειπεῖν οὐδέ. Joan. X, 18 ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ.

Innumeris exemplis haec illustrare, aliaque corruptionum genera, in quibus sibi non ita constans permanet, congerere possemus, sed cum a viris cl. Griesbachio et Hugio bene exposita sint, ea praetermittenda duximus, ne nimis excrescat oratio nostra.

Alexandrinus censor quaecunque graecis auribus molesta esse possent, evitavit, et immutavit, v. g. Marc. XII, 21 pro καὶ οὐδὲ αὐτὸς ἀφῆκε σπέρμα posuit μὴ καταλιπὼν σπέρμα. X, 51 pro λέγει αὐτῷ ὁ ἰησοῦς posuit αὐτῷ ὁ ἰησοῦς εἶπεν. Joan. XVI, 22 pro λύπην μὲν νῦν ἔχετε posuit νῦν μὲν λύπην ἔχετε. Marc VI, 48 pro τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν posuit διὰ τὸ καλῶς οἰκοδομεῖσθαι αὐτήν etc.

Phrases potius et vocabula, quam sensum illustrare annititur, inde saepissime pro vocibus simplicibus compositas ponit, et pronomina, particulas aliaque, quorum censum §. 4. dedimus, vocabula explicantia addere solet. In quo exigui habenda est sententia nonnullorum, qui ita dicant, non esse consequens, ut, quia voces saepe addantur, propterea grammatici accusari debeant. Non profecto est hoc consequens: sed quando clarum est, in hoc additionum genere, quo utuntur documenta Alexandrina, esse exempla innumera, quae ex glossis marginalibus fortuito vel casu quodam non perspicue ducta videantur, sponte intelligitur: plera-

rumque originem petendam esse ex studio quodam sedulo libris sacris consulendi. Huic rei ut exemplis fidem faciamus, operae praetium non est. Quodvis capitulum iis refertum est. Sed juvat specimen lectionum addere, ut aliqua cum fiducia de causa tota judicandi facultatem legentibus praebeamus.

Receptus.	Occidentalis.	Alexandrinus.
Marc. IX.		
1. των ὡδε εστηκοτων	ὡδε των ἑστηκοτων μετ' εμου al. των ἑστηκοτων ὡδε	ὡδε των ἑστηκοτων
2. αναφερει	αναγει	rec.
και μετεμορφωθη	και εν τῳ προςευχεσθαι αυτους μετεμ.	rec.
ὡς χιων	rec.	=
οἱα γναφευς επι της γης ου δυναται λευκαναι	ὡς ου δυναται τις λευκαναι (al. ουτως) επι της γης al. qualia quis non potest facere	οἱα γναφευς επι της γης ου δυναται ουτως λευκαναι.
4. και ησαν συλλαλουντες	συλλαλουντες (al. συνελαλουν)	rec.
5. και ποιησωμεν	θελεις ποιησωμεν (al. ποιησω)	rec.
6. λαλησῃ	λαλησει	απεκριθη
ησαν γαρ εκφοβοι	εκφοβοι γαρ εγενοντο	rec.
7. και εγενετο	και ιδου εγενετο	και εγενετο
αυτοις	αυτους	rec.
ηλθε	rec.	εγενετο
8. εξαπινα	ευθεως	rec.
9. διηγησωνται ἁ ειδον	ἁ ειδον (ειδοσαν) διηγησωνται (al. εξηγησωνται)	idem
10. το εκ νεκρων αναστηναι	οταν εκ νεκρων αναστη	rec.
11. οτι	τι ουν (al. πως ουν)	rec.
αποκριθεις ειπεν	rec.	εφη
12. μεν	=	rec.
αποκαθιστᾳ	αποκθιστανει	id.
13. ἐπ' αυτον	περι αυτου	rec.
14. ελθων προς τους μαθητας ειδον	rec.	ελθοντες προς τους μαθητας ειδον
αυτοις	rec.	προς αυτους
15. ιδων αυτον εξεθαμβηθη	ιδοντες αυτ. εξεθαμβηθησαν	id.

Receptus.	Occidentalis.	Alexandrinus.
16. γραμματεις	αυτους	αυτους
17. αποκριθεις εις εκ του οχλου	απεκριθη εις εκ του οχλου al. αποκριθεις ἐκ του οχλου εις ειπεν αυτω	id.
18. αυτου	=	=
ισχυσαν	ισχυσαν εκβαλειν αυτο	rec.
19. αυτω	αυτοις	id.
απιστος	απιστος και διεστραμμενη	rec.
20. προς αὐτον	=	rec.
ευθεως το πνευμα	το πνευμα	το πνευμα ευθυς
εσπαραξεν	εταραξεν	rec.
21. επηρωτησε	επηρωτησε ὁ ιησους	rec.
αυτου	αυτου λεγων	rec.
ὡς	αφ' οὗ	εξ οὗ (εως)
παιδιοθεν	εκ παιδοθεν (al. εκ παιδος)	εκ παιδιοθεν
22. αυτον και	αυτον	rec.
δυνασαι	δυνῃ	δυνῃ
το	=	rec.
23. πιστευσαι	rec.	=
24. μετα δακρυων	rec.	=
κυριε	=	=
25. το πνευμα το αλαλον και κωφον	το αλαλον και κωφον πνευμα	id.
26. κραξαν	κραξας	id.
σπαραξαν	σπαραξας	id.
αυτον	=	=

Joh. XII.

1. ὁ τεθνηκως	= Sahid. verc. colb.	= B.
εκ νεκρων	= Vulg. veron. for. corb. foss. germ. gat.	rec.
	+ ὁ ιησους D. 124. Sahid. Vulg cant. brix. corb. for. foss. germ. gat. mm.	+ ὁ ιησους. BL 33. 6. Copt. Aeth.
2. συναναχειμενων	αναχειμενων συν	αναχειμενων συν

Receptus.	Occidentalis.	Alexandrinus.
3. μυρου ναρδου πιστικης	πιστικης μυρον D. pistici ungnenti cant. veron. corb. colb. nardi unguenti. verc.	rec.
πολυτιμου	= verc. veron. corb.	rec.
τους ποδας αυτου	— 1. 69. 116. Origenis interpres.	rec.
οικια	οικια ὁλη 1. 13. 69. 124. Origenis interpres.	rec.
4. ουν	rec.	= 33.
εκ	rec.	= 33.
ιουδας σιμωνος	ιουδας D. 118. Sahid. Vulg. cant. germ. for.	= B. ιουδας Copt. Aeth. Arm.
ισκαριωτης	σκαριωτης Sahid. veron. verc. brix. for. colb. corb. germ. foss.	rec.
	απο καριωτου D cant.	
5. τριακοσιων	διακοσιῶν 69. 124.	rec.
6. ειχε και	εχων D. 1. 157. Reg. 375. Vulg. cant. for.	εχων BLQ 33. Copt. Orig.
7. αφες	αφετε Vulg. Sahid. verc. for. foss. Ambros. Gaudent.	rec.
εις την ημεραν του ενταφιασμου μου τετηρηκεν	ινα εις την ημεραν του ενταφιασμοῦ μου τηρηση D. Syr. Philox. in marg. Vulg. It. (exc. brix.) Ambr. Gaud. August.	ινα εις τ. ημεραν του ἐνταφιασμου μου τηρηση BLQ 33. Copt. Aeth. Arm.
8.	= D cant.	rec.
9. μονον	= D cant. Veron. verc.	rec.
ινα και	ινα D Vulg. It. (exc. brix. tol.) Vigil.	rec.
12. ο ιησους	ιησους D.	ιησους LQ.
13. εκραζον	εκραυγαζον D. 157.	id. LQ.
	+ λεγοντες D. 1. 13. 157. 218. cant. verc. corb foss.	+ λεγοντες Q. 4. 22. Aeth. Copt. Arm. Syr. philox.
	και ελεγον 57. 91.	

His generibus argumentorum quid clarius et evidentius cogitari possit, vix video. Sunt et alia genera, quae aut sunt similia his, quae a nobis congesta, vel iis quae ad explicandam causam nostram sunt disputata inferior, vel à nobis nondum satis perspecta. Itaque iis praetermissis illud solummodo hoc in loco adjicere lubet quod rei toti illustrandae inserviat. Sunt nimirum loca nonnulla, quae a quavis familia diverso modo ita exprimi solent, ut suam unaquaeque exprimat indolem.

In hunc censum venit Matth. XXII, 7. ubi textus receptus habet: ἀκούσας δὲ ὁ βασιλεὺς, classis codicum byzantina cum nonnullis alexandrinis: καὶ ἀκούσας ὁ βασιλεὺς. Classis Alexandrina omisso ἀκούσας habet ὁ δὲ βασιλεὺς v. g. B L 22. 118. et versio copt. memphitica, occidentalis vero vel: ὁ δὲ βασιλεὺς ἀκούσας uti 13. 69. 124. Vulg corb. 1. forojul. clarom. german· 1. 2. gatean. Irenaeus vel ἐκεῖνος ὁ βασιλεὺς ἀκούσας ut D. cantabr. Veron. Lucifer, item (addito „autem") vercell. colbert. corbej. 2. Marc. II, 21. variis modis tentatus est textus, quo clarior redderetur et facilior. Classis asiatica et byzantina habet αἴρει τὸ πλήρωμα αὐτοῦ τὸ καινὸν τοῦ παλαιοῦ. Alexandrina uti B. L 33. 16. 115. 131. αἴρει τὸ πλήρωμα ἀπ' αὐτοῦ τὸ καινὸν τοῦ παλαιοῦ. Occidentalis uti D. 1. 13. 28. 118. 124. Vulgata et Itala αἴρει τὸ πλήρωμα τὸ καινὸν ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ. Codex 69 αἴρει ἀπ' αὐτοῦ τὸ πλήρωμα τὸ καινὸν ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ. Ambrosiastr. tollit enim fortitudinem ejus a vestimento. —

Luc. IX, 10. Pro vulgari lectione εἰς τόπον ἔρημον πόλεως καλουμένης βηθσαϊδά habet Classis Alexandrina prouti BL 33. versio copt. εἰς πόλιν καλουμένην βηθσαϊδά, familiae occidentalis nonnulli v. g D. Sahid. cantabr εἰς κώμην λεγομένην βηθσαϊδά, alii veluti 1. 131. εἰς τόπον πόλεως καλουμένης βηθσαϊδά, vercell. et brixens. εἰς τόπον ἔρημον καλουμένην βηθσαϊδά, Vulg. et Itala (exc. cantabr. vercell. brixens) εἰς τόπον ἔρημον βηθσαϊδά, 69. 157. εἰς τόπον ἔρημον. —

Joh. VIII, 59. Verba διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν, καὶ παρῆγεν οὕτως omittit familia occidentalis prouti D. Sahid. Vulgat. Ital. (excip. Brix.) Origenes Arnobius. Familia Alexandrina habet καὶ διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν, ἐπορεύετο, καὶ παρῆγεν οὕτως ut CL Coptico-memphitica, Syro-philoxeniana, Cyrillus Alex. Athanasius. —

§. 12.

Perdifficilis quaestio est de patria lectionum quas exhibent codices prioris classis genuina. Consensus frequens versionis coptico-sahidicae cum hisce codicibus, eorum conformitas cum libris Alexandrinis, cum citationibus multis Clementis et Origenis [1]), cum lectionibus marginalibus in Versione Philoxeniana, etsi rem in-

1) Lectiones Origenianas cum occidentali familia concordantes inveniri in commentario ejus in Matthaeum circa annum 245. et in exhortatione ad martyrium circa 236. exarata, consonantes autem cum Alexandrinis in commentario in Joannem circa annum 219. elaborato,

dubitatam non efficiunt, illud tamen demonstrant, eas jam primis christianae ecclesiae temporibus in Aegypto fuisse valde communes. Patet etiam, huic terrae tum cum ecclesiis reliquis tum inprimis cum ecclesia occidentali affinitatem et in rebus gerendis societatem fuisse magnam, eamque invaluisse, cum ortis controversiis pars, quae vincere cupiebat, Romam confugeret, ut oppressis per summum Pontificem et episcopos latinos adversariis praevaleret [2]).

Cum in rebus tam obscuris conjecturis locus detur, nihil obstat quominus conjiciamus, hanc familiam in Aegypto inferiore, patria plurimorum librorum apocryphorum, aliorumque de rebus Christi agentium, ex quibus lectiones omnium certo antiquissimae jam primo forsan saeculo petitae sunt, ortam esse, inde in Aegyptum superiorem, ad ecclesiam africanam et occidentalem atque jam inde ab Origenis temporibus in monasteria quaedam Palaestinae et Syriae penetrasse. In his enim versionem antiquissimam syriacam Peschito dictam saeculo quinto ex iis interpolatam, hierosolymitanam vero saeculo VI. compositam [3]) esse, haud improbabile videtur.

In Aegypto calligraphorum frequentia et elegantia post irruptionem arabicam annis circiter triginta post Mauricii caedem paulatim ita desiit ut rarissime codices graeci describerentur, mirumque videri non possit, quod nullus hujus familiae codex hac in terra scriptus superesse videatur. Utra opinio solidioribus nitatur rationibus, eorum quae codices regios 314. 50. 177. 379. Griesb. 1. 69. 124. 131. 157. in Asia minore saeculo VIII, X, XI, XII, XIII. scriptos esse affirmat, an eorum, quae eos ecclesiae occidentalis alicui parti vindicat, effici non potest. Ingenue profiteor, mihi sententiam priorem de codicibus regiis 314, 177 et 375 probabiliorem videri. Codicem autem Reg. 50 (Griesb. 13) in Sicilia fuisse exaratum, internis et externis argumentis evinci potest. Multum est dissensionis inter criticos, quae sit codicis Cantabrigiensis patria. Sed omnibus rationibus rite perpensis nihil obstat, quo minus opinemur, eum ut Regius 375 in Gallia meridionali fuisse

Celeb. J. J. Griesbachius in Comment. crit. in text. gr. N. T. II. pag. I — XXXX demonstravit.

2) Cf. le Quien Oriens christianus I. p. 335 sq.

3) Cf. Adler N. T. versiones syr. p. 137.

scriptum [4]. Qualiscunque tandem sit reliquorum codicum patria, illud saltem dubitari nequit, eos eandem textus conformationem et habitum et inter se et cum reliquis Asiae, Africae et Europae libris huic classi accensendis semper servare atque adeo eidem codicum familiae esse associandos. Caeterum in iis multas ὑποδιαιρέσεις, ejusdem loci diversas lectiones deprehendi, mirum videbitur nemini, qui reputet, eam in tot provinciis fuisse dissitam. Nec diffitendum est, quod tantis demonstrari potest testimoniis, nullibi librarios artis criticae tam fuisse expertes quam in ecclesia latina. Studium enim quod scribae [5], romani episcopi [6]) et integrae ecclesiae [7]) in conservanda librorum integritate posuerunt, non impediebat, quominus quinto saeculo tot fere essent exemplaria, quot erant codices [8]. Neque tamen negligendae sunt versiones latinae veteres et citationes ex iis in scriptis sanctorum Patrum obviae, imo magni habenda sunt ea loca, ubi earum sensus differt a graecorum verborum potestate [9]) vel ubi S. Hieronymus, S. Augustinus, Rufinus,

4) Missis aliis argumentis iisdemque gravissimis juvat attingere illud e scripturae utriusque codicis similitudine desumtum. Formam nimirum literarum nonnullarum codicis 375 tum graecis tum maxime in foliis quibusdam, latinis codicis Cantabrigiensis plane aequalem, atque ab iis reliquorum quos vidi codicum plane diversam deprehendimus.

5) Graegor. Turon. hist. francorum pag. 1234. de librariis scripturam sacram exarantibus loquens asserit: eos legisse lectiones, quas Canon sanxit antiquus.

6) Gelasius Papa libros Hesychii et Luciani damnavit his verbis:

Evangelia quae falsavit Lucianus apocrypha
Evangelia quae falsavit Hesychius apocrypha

Decret. Pars I. Distinct. XV. §. 27.

In oratione Joannis de Ragusio contra Bohemos in SS. concil. ad regiam edit. exacta stud. Phil. Labbei et G. Cossurtii T. XII. pag. 1086. legitur: Evangelia quae falsavit Lucianus apocrypha, Evangelia quae falsavit Hircius apocrypha. Quis ille Hircius fuerit ignoro.

7) Notissima est epistola illa Augustini ad Hieronymum, in qua refert: totam ecclesiam ob mutationem vocum quarundam fuisse exacerbatam, cf. Hody de text. original. p. 388.

8) Cf. Hieron. ad Damas. Praef. in Ev. et Praef. in libr. hebr. quaest. in Genesin T. II. p. 507. al. Augustin. de Doctr. christ. l. II. c. 11. 12. al. cf. Sabatier III. p. XXXIV sq. Blanchini I. pag. 48. Franc. Lucae Brug. lection. varietates in Bibliis latinis fini Bibl. sacr. Vulg. ed. cum Schol. J. Marianae et notat. Em. Sa. Antverpiae 1624. T. IIdi subject.

9) Silvam ejusmodi lectionum reperies in Bibl. sacr. lat. vers. ant. ed. Sabatier.

Ambrosiaster aliique disertis verbis graecorum exemplarium a latinis discrepantiam notarunt. Atque multum juvabit collatio codicum graecorum omnium ad vindicandas versiones hasce latinas, quas in omnibus pro arbitrio corruptas esse, criticorum quorumdam perversa asserit contentio. Permultae mihi praesto sunt lectiones haud suspectae librorum a me primo examinatorum, quae versiones Antehieronymianas et Vulgatam magna ex parte vindicant, probantque eas hac potissimum in re ab ακρισιας suspicione liberari non posse, quod textum αντιγραφου nimia ακριβειᾳ referant. Sed procedente tempore textus graecus rarissime consulebatur. Bedae, Alcuini, Caroli Magni, Lanfranci, Correctoriorum aliorumque opera intra angustos fines constiterunt. Una potius versio ex altera atque vulgata ex omnibus corrumpebatur. Cum per multa in quovis Evangelio capitula collationem veterum versionum et codicum vulgatam exhibentium et inter se et cum scriptis SS. Patrum et libris liturgicis instituissem, facile cognovi, eosdem interdum versus vel pluribus aut paucioribus efferri verbis, vel in alio quaedam referri, quae in altero non leguntur atque ut verbo dicam, nullum documentum cum altero ita consonare, ut non aliquando ab eo dissonet. Pars maxima ecclesiarum non ad critices regulam textum sibi formavit, sed verba quaedam vel sententias ad suae regionis errores [10]) vel idiotismos accommodavit, et quod aut purius aut melius aut demum plenius videbatur, praeferebat. Quam igitur ex innumeris hisce codicibus latinis, qui in Bibliothecis [11]) servantur, utilitatem pro re critica captemus, non video, nec nostrum interest, earum historiam ulterius prosequi. — Caeterum constat, hoc librorum genus in universa fere ecclesia occidentali receptum et usitatum fuisse [12]).

§. 13.

In indaganda Alexandrinorum librorum patria magni ponderis mihi videtur argumentum, quod de Orthographia et erroribus ex pronuntiandi ratione ortis desumtum est. Ex iis enim, quae a constantia quadam a reliquorum graecorum scribendi modo discedunt, definiri aliquid posse, nemo negabit. Confusiones au-

10) Sic v. g. constat, exemplaria Felicis Argelitani et Elipandi Toletani erroribus fuisse corrupta. cf. Liturgia antiqua hisp. goth. Romae 1746. I. p. 36.

11) In Bibliotheca Regia ducenti circiter codices sunt, in quibus Evangelia continentur.

12) Cf. Bellarmin opp. T. I. l. II. de verbo Dei cap. XV. de editionibus vulgaribus p. 116 sq.

tem vocalium sono affinium in iis tantae sunt, quantae in codicibus non Alexandrinis haud facile deprehenduntur. Consonantes permutantur vel adjectae vocabulis reperiuntur, ita ut vel in fine vel ante literas ejusdem organi plane superfluae sint. Duplicatae pro simplicibus, pro duplicibus simplices leguntur, interdum non colliquescunt, aut abjiciuntur, sed retinentur nativae. Ex ingenti exemplorum multitudine, quae Breitingerus [1], Sturzius [2] aliique congesserunt, certum quidquam colligendum esse, inter eruditos constat. Sed mitto ea [3].

Mihi propositum est, ex codicibus parisinis nonnulla lectoribus ad cognoscendum et judicandum praebere, quae insolitam prorsus et extraneam Aoristorum secundorum, vel etiam Imperfectorum flexionem ad formam Aoristi primi, et consonantis nativae μ in voce λαμβανω retentionem pertinent.

ειπαν habet Cod. C. Luc. V, 33. aliisque, ut opinor, in locis quae lectu difficilia sunt, L et 33. Matth. XXV, 8. XXVI, 35. 66. XXVII, 4. 6. 22. XII, 16. Luc. V, 33. IX, 13. XX, 16. 24. XXIV, 19. 32. Joan. I, 25. II, 18. VII, 52. VIII, 39. IX, 20 al. Cod. 33. Act. XIX, 3. XXIII, 4.

ἐπεσαν Cod. 33. Matth. XVII, 6. Joh. XVIII, 6. ανεπεσαν Cod. 22. Joan. VI, 10.

ηλθατε Cod. 33. Matth. XXV, 36 al. ηλθαν Codd. L. 33. Marc. VI, 29. Cod. 33. Act. XII, 10.

παρελθατω Cod. 33. Matth. XXVI, 39. ιδαν Cod. 33. Luc. X, 24.

συλλημψη Cod. C. Luc. I, 31. ανελημφθη Cod. C. Act. I, 2. X, 16.

λημψεται Cod. C. Matth. X, 41. Act. X, 16. Codd. L. 33. Matth. XVIIII, 29. Joan. XVI, 14.

αναλημψεως Codd. C. L. 33. Luc. IX, 51. λημψονται Codd. L. 33. Marc. XII, 40.

λημψεσθε Codd. L. 34. Matth. XX, 7. 10. παραλημφθησεται Codd. L. 33. Luc. XVII, 34. 35.

Eadem in codicibus BPQT locum habere, ab iis demonstratum est, qui eos ex instituto tractaverunt. Non tamen tacendum, baec omnia in codicibus regiis 72

1) Cf. Proleg. in I. II. III. IV Tomum editionis των ό.

2) De dialecto macedonica §. 8.

3) Multa protuli exempla in Diss. de Cod. Cyprio §. 8. quibus haec addi merentur. A potiori scribunt μαριαμ, ισκαριωθ, καφαρναουμ, βηθσαιδα, λιμα, ιωβηδ, αμως, ασαφ, ιννυχα, χαναναιον al.

(Gr. 22) et 305 rarissime inveniri atque exempla flexionis Aoristi II et imperfecti in codice C haud frequentia esse. —

Primum igitur arbitror, universam Orthographiae indolem hoc postulare, ut codices graecos laudatos Alexandriae credamus esse scriptos. Dein fatendum ac defendendum est, scriptores in hac urbe degentes non codices aliarum regionum arcessivisse, sed Alexandrinis Bibliothecis uberrimis sacrae doctrinae suppellectili locupletatis usos fuisse. At vero Patres, quos recensuimus, excepto Eusebio et Chrysostomo, vel semper vel per maximam vitae partem in hac urbe habitaverunt. Eusebius autem et Chrysostomus pro eorum in Origenem veneratione hujus codicibus usi sunt.

His tandem lubeat adjicere argumentum, quod de versionibus desumtum est, et ad judicandum maxime profuerit, cum de lectionibus quibusdam quaeritur, quam sibi patriam vindicent. — De coptico-memphitica et basmurica versione, omnes nunc fatentur [4]), eas in parte potissimum inferiore Aegypti in usu et auctoritate fuisse. Quid igitur simplicius quidve planins est sententia, eas ex codicibus metropolεως esse factas. Idem de versione coptico-sahidica in superiore Aegypto usitata dicendum est. — De versione armenica nihil constat, sed creditu pronum est, exemplar bibliorum graecorum, quod adolescentes Armenii Byzantium graecae eruditionis cupiditate profecti ad Isaacum Patriarcham tulere, unum ex quinquaginta exemplaribus, quae Constantio imperante ex Alexandria Byzantium venerant, fuisse atque in armenicam linguam esse translatum. — Nec minus probabile est, Frumentium celeberrimum in Aethiopia religionis christianae praedicatorem in versione aethiopica conficienda, Alexandrinos quos secum portaverat codices adhibuisse. — Versionis philoxenianae a Thoma Heracleensi in monasterio *πιενατον* (*το ἐννατον* vel Deïr-al-zodjadj) extra urbem Alexandriam sito [5]) ex Alexandrinis exemplaribus correctae indoles ita comparata est, ut cognitio ejus conditionis pristinae atque discriminis, quod inter utrumque obtinet, opinioni huic maximum

4) Cf. Eruditissimi Etienne Quatremère Recherches critiques et historiques sur la langue et la litterature de l'Egypte, Paris 1808. p. 22 et 147 — 282, ubi docte ut solet de dialecto basmurica disserit.

5) Cf. de hoc monasterio doctiss. Et. Quatremère Memoires sur l'Egypte I. pag. 485 — 488. et ejusd. Observations sur quelques points de la Géographie de l'Egypte p. 50.

afferre debeat pondus. Thomas nimirum, ut ego quidem puto, primum Philoxenianam versionem genuinam cum duobus syriacis, deinde vero cum tribus graecis exemplaribus contulit, ut ita et syriacum apographum suum, ubi opus esset, emendaret et versionem ipsam ad lucem graeci textus, unde prodierat, recognosceret. Utriusque collationis notae et indicia certissima sunt tum syrae, tum graecae voces: illae quae ad menda et variantes lectiones syriacae versionis spectant, istae quae margini inspersae translatas syriacas quadantenus explicant, easque ad graeci textus originem revocare videntur. — His tandem accedunt ii codices arabici, quos ex graecis aliisque exemplaribus Josephus quidam describi jubebat §. 4, quorumve patriam Alexandriam esse, supra demonstravimus.

Sed hac sententia de natalitiis harum lectionum exposita et luculentissime demonstrata relinquitur non una difficultas in altera quaestione de regionibus, in quibus hic textus receptus fuit. Jam non ignoro, in parte haud exigua Patriarchatus Alexandrini Lybia potissimum inferiore et Thebaide superiore codices familiae occidentalis cum illa cognatae in usu fuisse. Sed in dubio relinqui debet, an invalescente Patriarchae potestate aboleverit usus non solum codicum graecorum illorum, verum etiam versionis sahidicae. Quod autem in reliquis omnibus dioecesibus vel codices graeci vel versiones Copticae, Aethiopicae, Arabicae atque aliae, quas non novimus, textum Alexandrinum exhibuerint, nemo inficias ibit, qui in horum, quae supersunt, documentorum indolem seposito omni partium studio solaque habitus genuini vestigia persequendo investigaverit. Sed cum tot adhuc sint, quae tenebras obfuderunt viris linguae copticae et aethiopicae peritis in editione earum critica paranda, nec ut nostra fert opinio, consistere potest textus, quem editores exhibuere. Haec obiter tantum attegisse sat est. —

§. 14.

Longi fuimus in ea quae est de familiis aegyptiacis disputationis parte. Nobis enim magis necessaria visa est diligentior hujus rei tractatio, quod in ea potissimum omnis de codicum corruptione sententia perspicitur et illustratur.

Sed jam veniamus ad caetera institutae disputationis, ad familiam scilicet Asiaticam et Byzantinam. Ad priorem refertur:

Reg. 53 quatuor Evangelia cum synaxario et menologio cont. a Daniele quodam in monasterio montis sacri ex codicibus Hierosolymitanis festinanter sed cor-

rectissime exscriptus. In margine capita majora, sectiones Ammonianae, et lectiones eccl. indicantur. Accentus, spiritus et notae musicae ubique apparent. Quaevis pagina duas columnas exhibet. Est optimae notae et antiquissimi *αντιγραφου απογραφον*, ut ex stichorum vestigiis, subscriptionibus cf. §. 7. et ex literis, quibus numeri in textu signantur, conjicio. Omnia suadent, eum saeç. X esse exaratum.

Reg. 186 continet quatuor Ev. cum S. Chrysostomi aliorumque commentariis et variorum diatribis loca selecta Evangeliorum tractantibus. Eum ex antiquissimis Palaestinae codicibus saec. XI scriptum esse, iisdem rationibus evinci potest.

Reg. 188 (Griesb. 20) 4 Evang. cum variorum commentariis saec. XI, Evangelistaria 277, saec. IX et 293, 298, 300 saec. XI ibidem scripta puto.

Cum his faciunt versio vetus syriaca Peschito dicta saec. II vel III [1]) et qui ea usi sunt Patres, nec non versiones arabicae et persicae ex ea factae. Ex prioribus in Evangeliis nulla typis expressa est. Erpenianae enim editionis textus, qui nec ab eo editionis romanae, nec ab eo plurimorum codicum, velut regiorum 24. 27 A Ev. St. Joannis et 24 A quatuor Evangelia cum praefationibus et canonibus Eusebii atque Coisl. 7 Ev. cum versione syriaca antiqua continentis, ex diversis libris conflatus videtur. — Textus autem versionis, quam in codice reg. 24 B legimus ab Abu Almavaheb Jacub filio Neamae, filio Petri, filii Abi Algaithi Dabsensis, maronita, Alepino [2]) compositae hanc eandem familiam sequitur [3]). Iis denique accenseri

1) Nov. domini nostri Jesu Christi T. syr. cum versione lat. cura et stud. Jo. Leusden et Car. Schaaf. Lugd. Bat. 1717.

2) الشيخ الامام العالم العامل الاجل الفاضل فريد عصره نسيج وحده قدوة المحققين وفخر ايمة المدرسين ابو المواهب يعقوب بن نعمة بن بطرس بن ابي الغيث الدبسي النحوي اللغوي الماروني مذهبا الطرابلسي اصلا وجرثومته الحلبي مولدا وموطنا.

3) Quatuor haec Evangelia eleganter exarata ad confundendos Mahommedanos elegantissimo exquisito et difficili stylo arabico conscripta in re critica exigui sunt pretii. In capite libri leguntur prolegomena, in quibus de instituti ratione agit auctor et singulis Evangeliis praemissa est praefatio. Dispartita sunt in sectiones prouti leguntur vespere mane et in Missa in ecclesia catholica Maronitarum. Ad calcem omnia vocabula vulgo ignota, quibus usus fuerat, per alia vulgaria et notissima explicantur. In nota his subjecta dicitur: duo tantum hujus editionis exemplaria reperiri; nimirum hoc et alterum Alepi. Auctor enim mandaverat et amicos conjuraverat, ne alia transscribere facerent exempla-

debent versio syriaco-philoxeniana genuina [4] saec. VI, Cyrillus Hieros., Theodoret, Hesychius Hieros. —

Constantinopolitanum textum exhibent:

A. Griesb. E. Basil. BVI, 21. saec. IX mutilus a Wetstenio collatus.
F. olim Boreeli collatus tantummodo usque ad Luc. X. mutilus.
G. Harlej. 5684 in museo britannico saec. XI mutilus.
H. Quondam Seidelii deinde Wolfii B. mutilus.
S. Vatic. 354 saec. X a Birchio collatus.

Plurimi posterioris aetatis a Millio, Wetstenio, Altero, Birchio, Matthaeio, Griesbachio aliisque collati, et Regii a me vel primo examinati vel si novo examine digni judicabantur, secundis curis collati Evangelia cum canonibus Eusebianis, Synaxario et Menologio continentes:

75[a], 78[a], 70 (Griesb. 14), 64 (Gr. 15) saec. X.
71 (Gr. 7), 76, 80, 81 A, 77 (Gr. 23), 114, 115 (Gr. 27) saec. XI.
52, 85 (Gr. 119), 86, 88, 89 (Gr. 29), 90. saec. XII.
61 (N. T. excepta Apoc. cont.), 94 (Gr. 31), 108[a], 117. saec. XIII.
49 (Gr. 18. N T. cont.) saec. XIV.
97, 100 (Gr. 30) saec. XV.
55 (Gr. 17. graecolat.) saec. XVI.

Porro Evangelistaria 278 saec. VIII. — 280, 281, 290 (fragm. tribus fol. (Joan V, 1 — 11. VI, 61 — 69. VII, 1 — 15) saec. IX. — 282 (Cod. rescript.), 283 (Cod. rescript.) saec. X. — 81 A, 284, 285, 286, 288, 289, 318 saec. XI. — 287 (Gr. 10), 279 (Gr. 16), 297, 299 saec. XII. — 301 (Gr. 7), 302 (Gr. 15), 307 (Gr. 9), 309 (Gr. 11), 310 (Gr. 12) saec. XIII. — 312 (Gr. 8) saec. XIV exarata, Coisl. 31 saec. X.

Codd. Coislinian. 196. 199 (Gr. 35) saec. XI, 200 (Gr. 38) et Bibliothecae quam dicunt Armamentarii gr. 4 (Griesb. 43) saec. XII scripti et Evangelia continentes.

ria. Obiit Alepi anno Domini 1692. quinquagenario major. — Prolegomena, notam fini subjectam ac specimen quoddam hujus versionis, si eruditis placuerit, publici juris faciemus.

4) Cf. Adler N. T. versiones syr. p. 45 sq.

Denique Versio gothica et slavonica, Aetius Antioch., Amphilochius Icon., Apollinaris Laodicen., Caesarius, Evagrius, Monachus, Hesychius Hieros., Isaacus Monachus, Marcus Anachoreta, Severianus, Titus Bostrens saec. IV, Antipater Bostrens., Antiochus Ptolemais, Asterius Ep., Basilius, Diadochus Photii, Epiphanius, Flavianus Constant., Gennadius Const., Graegorius Naz., Graegorius Nyss, Cyrillus Hierosol., Nilus, Proclus, Procopius, Philo Carpathius, Synesius, Theodorus Mopsuestenus, Theodoretus saec. V, Dorotheus, Joannes Climacus, Joannes Geometra, Esaias Asceta, Joannes Damascenus, Severus Antioch., Victor Cap. saec. VI, Anastasius, Andreas Hieros., Maximus, Thalassius saec. VII, Methodius Const., Photius, Simeon Metaphrastes, Theophylactus, Nicetas Const., Oecumenius, quantum in plerisque ex paucis quae in catenis Parisinis supersunt, fragmentis conjici potest.

B. Ab his parum differunt et transitum quasi formant ad textum receptum cum multis in aliis Bibliothecis servatis codices regii:

67, 69 saec. X. — 73, 74, 75, 81 saec. XI. — 51, 82, 83 (Griesb. 9), 85[a] (Gr. 120), 86, 87, 92, 113, 140[a], 175[a] saec. XII. — 91 (Gr. 10), 93, 118, 120, 185[a] (Gr. 120) saec. XIII. — 95 saec. XIV. — 96, 98 saec. XV. — 99, 123 saec. XVI exarati.

Evangelistaria 290, 291, 292, 295, 296, 330 saec. XII.

194 A (fragm. Ev. Joan. I — IV, 303, 324, 377 saec. XIII.

311, 313, 314, 316, 326, 374 saec. XIV. — 50[a], 315, 380 saec. XV.

317, 381 saec. XVI. — 100 A saec. XVII exarata.

Cum his fere consentit textus codicum, qui Evangelia cum interpretationibus exhibent: 230 Ev. cum Comm. saec. X. 78 (Gr. 26) Ev. cum Comm. 187 Ev. cum Catena. 202 Matth. cum Catena. 232 Luc. cum Commentario. Coisl. 20 Ev. cum Comm. saec. XI. 178 Ev. cum Comm. 189 Ev. cum Cat. 199 Matth. Joan. cum Comm. 200 Matth. Joan. cum Comm. 201 Ev. cum Comm. 203 Matth. cum Comm. 209 Joan. cum Cat. 210 Joan. I, 14 — XIV, 22 cum Cat. 231 Ev. cum Comm. saec. XII.

194 Matth. Marc. cum Cat. 195 Matth. Marc. cum Comm. 211 Joan. Luc. cum Comm. saec. XIII. 206 Marc. cum Comm. 208 Luc. cum Cat. 212 Joan. X, 9 — XXI cum Cat. 213 Joan. VII, 40 — XXI cum Comm. saec. XIV. 193 Matth. Marc. Luc. cum Cat. saec. XVI.

§. 15.

Pauca sunt ea quae de earum indole monenda habemus. In Asia enim textus primis et non nimis remotis ab aetate Apostolica saeculis tot tantasque vicissitudines, quantas in Aegypto non est expertus. Documenta, quae illud docent, haud multa quidem supersunt, nuspiam vero numerantur testimonia, sed ponderantur. Lectiones eorum longe plurimae luculentissima γνησιότητος indicia interna prae se ferunt.

Nec praetermitti debet, quod, ut mea fert opinio, hanc assertionem maxime confirmat, quaerimonias de correctionibus codicum §. 5. congestas ab Alexandrinis potissimum et Occidentalibus proferri, ab Asiaticis vero et Byzantinis fere nullas. Utrumque codicum genus habet conjunctionem inter se tantam, ut multis eorum distinctio supervacanea videri possit, vim autem ad textus genuitatem restituendam prioribus majorem et inter se non parem. Atque hanc ipsam ob caussam, quia et praestantia inter se non aequales sunt, nec omnia communia habent, quae lectionum et numerum et genus spectant, eos distinguendos duximus.

Ab Aegyptiacis in eo differunt, quod Graecismi studiosiores sunt, additiones habent paucas, easque ex more legendi Evangelia in ecclesiis potissimum ortas vel ex uno Evangelio in alterum transscriptas; v. g.

ταῦτα λέγων ἐφώνει, ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω Luc. VIII, 15. XII, 21. *πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί* Luc. XIV, 24. *ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας* Matth. VI, 13. *καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι* Matth. XX, 22. *καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε* 23. *ἀμὴν λέγω ὑμῖν ἀνεκτότερον ἔσται σοδόμοις ἢ γομόῤῥοις ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ* Marc. VI, 11. *τὸ ῥηθὲν ὑπὸ δανιὴλ τοῦ προφήτου* Marc. XIII, 14. *ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν* Luc. IV, 18 *καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς εἶπε* Luc. X, 22. *ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ἡ βασιλεία σου. γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς* XI, 4. *ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ* 5. *αὐτός ἐστιν. ὃς ἔμπροσθεν μου γέγονεν* Joan. I, 27. *ἐκεῖνο εἰς ὃ ἐνέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ* VI, 22. *τοῦ ζῶντος* 69. *οὗ ἦν ὁ τεθνηκὼς κείμενος* XI, 41.

Eorum discrimen optime illustrari potest ex ratione, quam classes Aegyptiacae inter se tenent. Asiaticae cum familia occidentali illud est peculiare, quod codices pro regionum ratione peculiaria quaedam etsi pauca, vel ejusdem loci diver-

nas lectiones sibi vindicent, atque additiones habeant quasdam quae in familia cum iis cognata desiderantur, v. g. Marc. XII, 12 *παραβολὴν + ταύτην.* 14 *ἐλθόντες + ἐπηρώτων αὐτὸν ἐν δόλῳ καὶ.* XV, 17 *χλαμύδα κοκκίνην καὶ πορφύραν.* XVI, 14 *ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν.* Luc. I, 28 *πρὸς αὐτὴν + εὐηγγελίσατο αὐτὴν καὶ.* Luc. XIX, 45 *ἀγοράζοντας + καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν ἐξέχεε καὶ τὰς καθέδρας τῶν πωλούντων τὰς περιστερὰς κατέστρεψε.* 21 *ἔσπειρας + καὶ συνάγεις ὅθεν οὐ διεσκόρπισας* 22 *ἔσπειρα + καὶ συνάγων ὅθεν οὐ διεσκόρπισα.* Matth. VIII, 13 *καὶ ὑποστρέψας ὁ ἑκατόνταρχος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ εὗρε τὸν παῖδα ὑγιαίνοντα.*

Conformitas codicum laudatorum inter se tanta est, ut de eorum affinitate vix quisquam dubitaverit. Ac nescio an omnino inane et supervacuum sit, longis disputationibus super affinitate versionis antiquae Peschito dictae et Philoxenianae uti. Primum enim omnibus patere debet, mihi rem non esse cum versionis ipsius indole, sed cum textu, quem exprimit. Dein inter eruditos constat, tum versiones veteres omnes mutilatas fuisse, tum maxime has, prouti impressae sunt, a pristino earum habitu magnopere differre. Satis igitur esse debet demonstrasse, demtis his additionibus [1], universam textus conformationem non differre. Illud autem tum demum fieri poterit, quando codices critice examinati, eorumque lectiones rite perpensae erunt.

Bibliotheca regia codices habet circiter viginti, qui Evangelia exhibent versionis Peschito atque nullus dubito, eos multum laturos esse subsidii in indagando pristino illius statu. In iis, quos ego adhuc examinavi, paucas quidem ab editione Schaafiana discrepantias inveni, sed easdem plerumque correctiones esse, vix dubitari potest.

Constantinopolitana vel Byzantina classis cum Alexandrina hoc peculiare habet, quod singulorum codices tanta cognatione sese attingant, textumque exhibeant tam similem, ut in omnibus fere concinant atque unum eundemque communem fontem luculentissime prodant. Illud praeterea est, in quo hi ab illis distincti sunt, quod habent lectiones nonnullas ex Alexandrinis et Occidentalibus conflatas. Eorum textum ex iis codicibus, qui ex Diocletiani persecutionibus superstites manserant, vel ex Asia

1) In versione Peschito his procul dubio accensendi sunt Matth. XXII, 34. XXII, 37. XXVIII, 18. Luc. IV, 18. X, 29. 39. XII, 45. XV, 11. XXIV, 36. XIX, 26. Marc. VIII, 29. VI, 31. Matth. VI, 32. XIV, 6. Joh. VII, 39.

minori Constantinopolin translati erant, atque ex iis quos Constantinus Magnus cura Eusebii episcopi Caesareensis [2]) et Constans cura Athanasii episcopi Alexandrini [3]) eleganter et accurate describi et in Europam mitti jussit, prodiisse, omnis ejus indoles et tenor suadet.

Etsi procedente tempore ex S. Chrysostomi, Theophylacti et Euthymii commentariis et variorum scholiis sequioris aevi lectionibus, glossematibus majoris claritatis causa factis aliisque hujusmodi naevis paululum vitiatus sit [4]), universus ejus habitus semper idem permansit, ita quidem ut et eos libros, quos constantinopolitanos antiquos vocamus, quique §. praec. sub lit. A enumerantur, et eos quos sub lit. B recensemus et recentiores constant. appellare placet, uni eidemque classi merito accenseri debere existimemus.

Quae ut melius intelligantur, necessarium est, rem exemplis illustrare.

Matth. XXVI.

Recept.	Asiat.	Constant.
4 κρατησωσι δολῳ	δολῳ κρατησωσι	δολῳ κρατησωσι
9 πτωχοις	τοις πτωχοις	πτωχοις pl.
11 παντοτε γαρ τους πτωχους	τους πτωχους γαρ παντοτε	τους πτωχους γαρ παντοτε
17 ετοιμάσωμεν	ετοιμασομεν	ετοιμασωμεν
26 ευλογησας	ευχαριστησας	ευχαριστησας
31 διασκορπισθησεται	διασκορπισθησονται	διασκορπισθησεται

2) ὅπως αν ν σωματια εν διφθεραις εγκατασκευοις ευαναγνωστα τε και προς την χρησιν ευμετακομιστα. ὑπο τεχνιτων καλλιγραφων και ακριβως την τεχνην επισταμενων γραφηναι, κελευσας των θειων δηλαδη γραφων. Euseb. de Vita Constant. IV, 36. 37.

3) Athan. Apologia ad Constantium §. 4.

4) In hunc censum veniunt permultae lectiones, quas J. J. Griesbachius et ante eum A. Bengel e textu eliminavit, v. g. Marc. VI, 33. οἱ ὀχλοι. Matth. XXVII, 35. ἱνα πληρωθῃ το ῥηθεν ὑπο του προφητου· διεμερισαντο τα ἱματια μου ἑαυτοις, και επι τον ἱματισμον μου εβαλον κληρον. al. Sed in judicio de lectionis antiquitate ferendo non una cautio est; inprimis haec non est minima, ne nimia e versionibus antiquis et SS. Patrum sequioris aevi scriptis petita credantur. — Omnes fere l. l. codices Constant. Antiqui Matth. IX, 33 ὁτι omittunt, recentiores vero retinent. 36 ant. habent εσκυλμενοι, rec. εκλελυμενοι. X, 10 ant. ῥαβδους, rec. ῥαβδον. 25 ant. επεκαλεσαν; rec. εκαλεσαν. 28 ant. αποκτενοντων, rec. αποκτεινοντων. XI, 16 ant. παιδιοις, rec. παιδαριοις. etc.

Recept.	Asiat.	Constant.
33 ει και	ει και	ει
33 εγω	εγω δε	εγω
35 απαρνησομαι	απαρνησωμαι	απαρνησομαι
44 προσηυξατο εκ τριτου	εκ τριτου προσηυξατο	προσηυξατο εκ τριτου
52 απολουνται	αποθανουνται	αποθανουνται
49 αυτον θανατωσωσιν	θανατωσωσιν αυτον	θανατωσωσιν αυτον

Haec quidem sufficere possunt, ut perspiciatur, quam exigui quoque sint momenti lectiones in ambabus codicum familiis. Quapropter etsi multas compertas habeo discrepantias, meaeque sententiae quoad versionem antiquam syriacam cl. J. J. Griesbachius [5] suffragatur, iis non adversor, qui ex universo habitu et tenore judicant, omnia §. praec. laudata documenta eidem familiae esse accensenda.

Codices, quorum textui catenae, commentarii seu scholia circumfusa sunt, satis propinqua cognatione sese attingunt, textumque exhibent a librorum gregariorum textu interdum dissidentem et constantinopolitano antiquo, quem codices EFGHSV. et, ut reliquos taceam, omnium forsan hujus classis praestantissimi Regii 79ᵃ et 75ᵃ exprimunt, valde similem. Scholiastae enim, Commentariorum et catenarum posteriores scribae vetustiores fere semper fundamenti loco posuerunt. Evangelistaria autem, quae sub litera B enumeravi, et in pericopa Matth. XXVI. paucisque aliis inspexi, a recepto rarissime recedunt.

Nos jam mittamus, quae multis de causis in dubium vocari possunt, quale est, quod hoc codicum genus maxime vitiatum sit [6], quod ut video placere Matthaeio harum corruptiones plurimae Chrysostomo debeantur, quod a Scholasticis posterioribus male sedulis magnum detrimentum coeperit, quod denique Alexandrina praestantia inferior sit. Codices hosce ab omni corruptionum genere immunes esse, non dixerim: sed in iis nobis exhiberi textum omnium minime corruptum, cuique seposito omni partium studio atque unice pensitando internum lectionum valorem in hanc rem investiganti facile patebit. Neque negari potest multis-

5) Cf. Comm. crit. in N. T. II. p. L. ubi Edessenam vel Orientalem recensionem statuit.

6) Bengel. Apparat. crit. P. IV. num. 4. §. 31. „Caterva codicum, qui citerioribus saeculis Constantinopoli ac in illa vicinia scripti sunt, minus valet, etiamsi in omnem Europam et ultra fuerint disseminati.

que ex rationibus mihi est certum, haud paulo meliorem esse fontem libros sacros N. T. conditioni pristinae restituendi quam sunt documenta Asiatica iis potissimum in locis, in quibus eis quaedam familiae occidentalis documenta suffragantur. Atque ut universum hoc genus magni facimus, sic consensum utriusque familiae aegyptiacae etsi magnopere corruptae non plane contemnimus, quippe quibus insunt lectiones multae antiquissimae. Sed de praetio uniuscujusque familiae et canone in stabiliendis lectionibus genuinis agere nobis propositum est in II^da^ hujus disquisitionis parte, quae est de Actis Apostolorum et epistolis.

§. 16.

Sequitur jam ut doceamus, quae sit utriusque classis patria. Ut a priore initium faciamus, clarum et testatum est rationibus externis, eam in Patriarchatu Hierosolymitano et Antiocheno in usu fuisse, atque a pluribus per Asiam dispersis sectis observatam [1]). Codices enim Regios 53. 186. 188. in Palaestina scriptos esse subscriptiones docent. In demonstranda sententia de Evangelistariorum laudatorum patria praeter indicia quaedam externa textus conformitatem in subsidium vocamus. Quod versiones syriacas attinet, constat, antiquam Peschito dictam in usum ecclesiasticum a Maronitis, Nestorianis [2]) per Asiam Indiam potissimum dispersis aliisque, Philoxenianam vero a Monophysitis adhibitam fuisse.

Etsi codices Constantinopolitani plerique in monasteriis Diocesis Thraciae et imprimis montis Atho scripti creduntur, externae rationes multis Parisinis potissimum Evangelistariis Dioecesin Ponticam [3]), Asiaticam et Illyricam Orientalem ut patriam vindicant. Multos Bibliothecae regiae libros in Cycladibus insulis fuisse exaratos, inscriptiones vel notae a rocentiore manu margini illitae suadent.

Atque ut hoc codicum genus longe numerosissimum est, ita et inde a quinto circiter saeculo maxime propagatum, ita ut non solum in quatuor dioecesibus pa-

1) Cf. Assemanni Bibl. Oriental. II.

2) Cf. Adler N. T. vers. syr. p. 35 — 39. Assemanni Bibl. Orient. III. I. p. 543. sed cum his ejusd. Catal. Bibl. Vat. II. pag. 140. Quae autem in Synodo Diamerensi ab Orthodoxis proferuntur corruptionis exempla cf. Mansi SS. concil. collectio nova T. VI. pag. 23 sq., in hunc censum venire non possunt, sed 1 Cor. V, 8. Hebr. II, 9. al.

3) Codicem 178 in Cappadocia scriptum esse, notae margini illitae docent.

triarchatus Constantinopolitani, sed etiam per provinciam Valachiae, Moldoblachiae, Russiae, dioecesim Moscoviticam, provinciam Zichiae, dioecesin Iberiae, apud Gothos et Slavonos receptum esset.

§. 17.

Superest, ut in appendicis locum pauca de duplici textus genere delibemus, quod in codicibus nonnullis praestantissimis deprehendimus.

Ad prius refertur

Griesb. A Alexandrinus in Museo Britannico Londini asservatus, mutilus V. et N. T. continens, saec. VI, cujus partem, quae N. T. complectitur, typis exscribi curavit Woide Londini 1786.

M. Reg. 48. olim Abbatis de Camps 4. Ev. cont. saec. X scriptus

et Griesb. 42. 106. saec. X, 116 saec. XII, 114 saec. XIII, Matthei 10 saec. X exarati.

Qui libri etsi multis in locis inter se consonent, eisque insint lectiones multae Alexandrinae, tamen si codices A et M excipias, quorum patriam Aegyptum esse externis rationibus evinci potest, nec de patria nec de eorum affinitate cum S. R. J. L. Hugio quidquam pronunciare ausim.

De codice Cyprio quid dicendum sit, infra in dissertatione expositum est.

Alterum genus ex libris mss. regiis exhibent:

66. 68 (Griesb. 21) saec. X, 49 (Griesb. 8). 71 (Griesb. 7). 115 (Griesb. 27) saec. XI, 79. 84 (Griesb. 4). 116 (Griesb. 32). 121 (Griesb. 11). 106 (Griesb. 5) saec. XII, 65. 112 (Griesb. 6) saec. XIII, 54 (Griesb. 16) saec. XIV exarati, nec non 189 cum Commentario saec. XII in Graecia magna ut opinor scriptus. Peculiares quasdam lectiones sibi non vindicant, sed modo cum Alexandrinis modo cum Constantinopolitanis faciunt.

Haec fere sunt quae de codicibus Evangeliorum Parisinis, quod eorum familiam attinet, comperta habeo. In universa hac disquisitione eam a me rationem habitam diligens lector intelliget, ut posthabita omni controversia et unice veritatis studio ductus ea firmarem, quae vera vel maxime probabilia mihi viderentur.

Pleraque de Codicibus proposita solummodo attigi optimum ratus disquisitione quam alibi fusius tractandam mihi propositum est, in hac commentatione plane supersedere.

Nihil restat quam ut perofficiosus aequam benignamque lectoris censuram expetam. Si viri docti meum qualemcunque libellum reperiant talem, ex quo aliquos saltem fructus percipere possunt: mihi incitamentum erit longe gravissimum ad ea opera, quae mihi proposita sunt, pro virium mearum modulo perficienda.

II.

COMMENTATIO INAUGURALIS

DE

CODICE CYPRIO ET FAMILIA QUAM SISTIT

PRO

SUMMIS IN THEOLOGIA HONORIBUS RITE IMPETRANDIS

QUAM

SUMME VENER. THEOLOGICAE FACULTATIS FRIBURGENSIS
CENSURAE ET ERUDITORUM EXAMINI

MODESTE SUBJICIT

JO. MART. AUGUSTINUS SCHOLZ.

§. 1.

Richardus Simonius primus hunc codicem tractavit [1]) et Bernhardus Montfauconius brevem ejus descriptionem [2]) et fac simile [3]) exhibuit. Lectiones multas a R. Simonio excerptas Joannes Millius in editionem suam admisit, parte earum priore usque ad Luc. XVI. in appendicem rejecta, quia jam eo usque in opere suo conficiendo provectus erat [4]), cum eas acciperet. Post has duumvirorum curas nemo eum examinavit. Ita cum multis doctissimis criticis in votis esset accuratissima hujus codicis collatio, indeque magna pro re critica utilitas speraretur [5]): Summe

1) Histoire critique du texte du Nouveau Testament, chap. X. pag. 101. Sed nihil fere nisi ὑπογραφας refert.

2) Palaeographia graeca p. 41. ita de eo disserit: Codex Colbertinus num. 5149 ex insula Cypro in Bibliothecam Colbertinam advectus anno 1673. Est membranaceus, unciali charactere descriptus; non quadro illo ac rotundo, sed oblongo et erecto, non autem deflexo et alteram in partem propendente, ut alii in speciminibus prolatis ad librum tertium. Isti vero reclinati in utramvis partem et deflexi unciales characteres, aliis recentiores esse videntur: etsi ea de re non possit tutum ferri judicium. Hic igitur liber quatuor Evangelia complectitur cum Synaxariis initio praefixis et hanc habet notam prima manu scriptam, sed a tineis deturpatam etc. (quam ad §. 2. correctius exhibebo.)

3) Palaeogr. gr. pag. 232. Idem J. Blanchini in Evangeliario quadrupl. P. I. pag. 492. recudi curavit.

4) Novum Testamentum cum lectionum Varietate studio Joan. Millii, Oxonii 1707. cf. Proleg. p. CLXV.

5) J. D. Michaëlis Einleitung in die göttlichen Schriften des Neuen Bundes I. §. 95. Nro. 112: ich schätze ihn hoch und wünschte noch genauere Excerpte.

J. L. Hug Einleitung ins N. T. p. 192: vorzüglich aber sind K und M bei weitem nicht sorgfältig genug verglichen etc.

Reverendo, doctissimo, mihique amicissimo Professori Joanni Leonardo **Hugio** lubenter morem gessi, qui a me familiariter postulavit, ut pro impetrandis a celeberrima Facultate theologica friburgensi summis in Theologia honoribus hunc codicem novo examini subjicerem. Suscepi itaque laborem, quum primum Parisiis advenissem, atque cum ob imperitiam meam in his studiis huic primae collationi parum fidei habenda esset, nuper eum denuo summo studio contuli. In dissertatione hac ita versabor ut primo descriptionem codicis exhibeam, deinde de ejus Orthographia, praestantia, textu, aetate et patria disseram lectionumque syllogen et fac simile subjiciam. Qua quidem fusiore hujus codicis tractatione illud me effecturum puto, ut, argumentis in omnem partem versatis mea de codicum N. T. familiis sententia solida appareat, habeantque lectores exemplum, in quo indoles ὑποδιαιρέσεως codicum §. 17. sub litera A in Curis laudatorum optime perspicitur et illustratur. Scripsi Lutetiae Parisiorum Kalendis Junii MDCCCXIX.

§. 2.

Codex Cyprius in Bibliotheca Regia Parisina N^ro^. 63, olim $\frac{2243}{53}$ signatus, Wetstenii et Griesbachii Ev. K. continet quatuor Evangelia; fol. 14 — 81 Ev. St. Matthaei, fol. 82 — 131 Ev. St. Marci, fol. 133 — 205 Ev. St. Lucae, fol. 206 — 267 Ev. St. Joannis. Haec praecedunt fol. 1 — 9 synaxarium [1]) cum menologio [2]) et fol. 10 — 14 canones Eusebii [3]). Cuique Evangeliorum trium posteriorum praemissus

J. J. Griesbach Commentar. critic. in textum graecum Novi Testamenti. Accedunt Meletemata de vetustis textus recensionibus, Jenae 1811. p. LIX: praeter A (Alexandrinum) et Matthaei 10 nullus codicum modo laudatorum (A. K. M. 42. 106. 114. 116. Matthaei 10) accurate collatus est, eamque ob causam de vero inter eos consensu aut dissensu et affinitate qua se attingunt vix certi quidquam pronunciare possumus . . . . Itaque nova eademque diligentissima collatione imprimis codicum K M et 42 opus esset ei, qui docere vellet, hanc octo codicum συζυγίαν continere textum a caeterarum familiarum textu ita diversum, ut non nisi e singulari recensione prognatus esse queat etc.

1) Cf. Jos. Assemanni Kalendar. ecclesiae universae. Romae 1755. 4. T. VI. p. 564.

2) Cf. Menologium Graecorum stud. et op. Annib. Tit. S. Clem. Presb. Card. Albani. Urbini 1727. T. III.

3) Cf. N. T. ed. R. Stephan. Paris 1550. prol. N. T. ed. Mill. pag. 1. 2. et Proleg. §. 738 sq.

est capitum majorum (κεφαλαιων) index. Numeri sectionum Ammonianarum [4]) et capitum majorum [5]) margini interiori, capitum numeri cum titulis summae vel imae paginae adjiciuntur. Habet Evangelium St. Matthaei sectiones Ammonianas 359, capita 68, Ev. St. Marci sectiones 241, capita 48, Ev. St. Lucae sectiones 342, capita 83, Ev. St. Joannis sectiones 232, capita 19. Capitum numerus in Evangelio St. Joannis a vulgari hac in re differt, quod pericopa περὶ τῆς μοιχαλίδος in numerum κεφαλαιων recepta sit, et litera ι signetur. Sectionum vero numeri in Evangeliis St. Matthaei et St. Marci discrepant, quod in ultimis quoque eorum capitibus ponantur, scilicet: in St. Matth. XXVIII, 11: τνς, 16: τνζ, 18, τνη, 19: τνθ, in St. Marc. XVI, 9: σλδ, 11: σλε, 13: σλς, 14 (καὶ ωνειδισε): σλζ, 15: σλη, 17: σλθ, 19: σμ, 20: σμα, atque ad has potissimum additiones a librario factas illud ἐκεφαλαιωθη in subscriptione fini addita referendum videtur. Pericoparum initium et finis nunquam, atque dies, quibus quaeque praelegi debebat, rarissime adnotantur. Pauca tamen exempla fol. 59 ad Matth. XXI, 18: τῇ ἁγίᾳ κύριακῇ μεγάλῃ β' τῷ πρωΐ, fol 67 ad Matth. XXIV, 3: τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ β' ἑσπέρας τῷ καιρῷ ἐκείνῳ καθημένου τοῦ ἰησοῦ ἐπὶ τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν πρ, notae $\overset{\chi}{\alpha\rho}$ et $\overset{\lambda}{\tau}$ hic illicve a prima et recentiore manu adjectae, nec non synaxarium Evangeliis praefixum extra omne dubium ponunt, hunc codicem in usum ecclesiasticum scriptum et semper adhibitum fuisse. In fine trium priorum Evangeliorum Calligraphus titulum, ut initio posuerat, repetit, atque numerum στιχων et ὑπογραφας addit has:

εὐαγγέλιον κατὰ ματθαῖον $\overset{\chi\chi}{\text{CTI}}$ ΑΒΨ

τὸ κατὰ ματθαῖον εὐαγγέλιον ἐξεδόθη ὑπ' αὐτοῦ ἐν ἱεροσολυμοις [6])

μετὰ χρονους Η τῆς τοῦ χρίστου ἀναλήψεως.

Notandum tamen est, canones nostri codicis nec completos esse nec in omnibus ad certam rationem revocandos.

4) Cf. N. T. ed. Mill. Proleg. §. 652 sq.

5) Cf. N. T. ed Mill. Proleg. §. 354 sq.

6) Vel omnia me fallunt, vel errorem erravit R. Simonius, qui „εν ιεροσολυμοις" a manu recentiore additum esse contendit. Hist. crit. du N. T. chap. X. p. 101.

χχ
εὐαγγέλιον κατὰ μάρκον CΤΙ ΑΨ
τὸ κατὰ μάρκον εὐαγγέλιον ἐξ. δόθη μετὰ χρόνους δέκα
τῆς τοῦ χριστοῦ ἀναλήψεως.

χχ
εὐαγγέλιον κατὰ λουκᾶν CΤΙ ΑΒΩ
τὸ κατὰ λουκᾶν εὐαγγέλιον ἐξεδόθη μετὰ χρόνους ιε̅
τῆς τοῦ χριστοῦ ἀναλήψεως.

In folio ultimo verso a prima manu scripta sed a tineis deturpata haec leguntur:

ΕΓΡΑΦΗ ΔΕ Η ΔΕΛΤΟC ΑΥΤΗ ΔΙΑ ΧΕΙΡΟC
ΕΙC ... ΧΘΗΝ Κ ΕΚΕΦΑΛΕΩΘ ....
ΠΡΟCΔΕΞΗΤΕ ΑΥΤΗΝ Η ΠΑΝΑΓΙΑ ΘΚΟC Κ Ο
ΑΓΙΟC ΕΥΤΥΧΙΟC
ΚC ΔΕ Ο ΘC ΔΙΑ ΠΡΕCΒΕΙΩΝ Τ ΥΠΕΡΑΓΙΑC ΘΚΥ ΚΑΙ
ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΕΥΤΥΧΙΟΥ ΧΑΡΙCΗΤΑΙ ΗΜΙΝ ΑΝΑΠΑΥCΙΝ
ΤΩΝ ΟΥΝΩΝ ΑΙΩΝΙΖΟΥCΑΝ ΑΜΗΝ: —

h. e. Scriptus est autem hic liber manu ..... et in capita dispositus est ..... accipiatis eum sanctissima Dei genitrix et sanctus Eutychius. Dominus autem Deus intercessionibus sanctissimae Dei genitricis et sancti Eutychii largiatur nobis quietem coeli aeternam.

Scriptus est in membrana crassiori oblonga in 4to, atque, si folium ultimum excipias, optime conservatus est. Membranae in triginta tres quaterniones distinguuntur, numeris in priore cujusque summa pagina notatis. Evangelium St. Matthaei a primo et quodvis sequens a novo numero incipit, atque adeo factum est, ut in quaternione nono, qui continet finem Evangelii St. Matthaei, tria folia integra, in quaternione trigesimo tertio, cui inscriptus est finis Evangelii St. Lucae, duo folia desint. Singulae paginae unam scripturae columnam exhibent, et paribus spatiis ita dividuntur, ut lineae aequali intercapedine dirimantur. Linearum numerus non par est in singulis paginis, in plurimis viginti una, in multis sexdecim

vel octodecim. Omnia eadem manu eleganti et paululum festinanti scripta sunt, exceptis notulis quibusdam, quas monachi recentiores margini passim illeverunt. Atramentum parum differt in codice, ejus nigror non conservatus est, sed flavus paululum evasit.

Characterum uncialium forma a prisca illa et rotunda deflectit, atque oblonga, in plurimis paginis grandior, in margine et in subscriptionibus paulo minor quam in textu observatur. Numeri literis Alphabeti expressi sunt, iis exceptis, quibus a manu recentiore folia signantur. Ad separandas a se invicem voces nullum signum adpositum est, et singulae literae separatae et distinctae adeo continuo ordine se subsequuntur, ut nuspiam divisis aut sejunctis per intervalla vocibus vocabuli initium aut finis dignoscendus, et in stichi fine tantum spatium exiguum reservatum sit. Quaevis linea, in qua initium capitis majoris vel sectionis Ammonianae occurrit, magna litera initiali extra lineam posita incipit.

Nullam prorsus habet interpunctionem. Stichorum vestigia punctis rotundis adnotari, tum ex eorum praepostera positione 7) tum ex collatione cum codicibus *στιχηρῶς* scriptis apparet. Haec autem puncta a librario saepe omissa sunt, sicut in codicibus regiis 53. 8) 65. 94. 186. 187. 230. 378. 379 aliisque multis atque ansam adoptandae interpunctionis nostrae praebuisse videntur. Scribendi compendia eadem sunt, quae in codicibus antiquissimis deprehendimus, et linea horizontali superius posita a plenis vocibus distinguuntur:

ΑΝΟΣ. ΘC. IC. KC. MHP. OYNOC. OMΛ. OYNIOS. ΠHP. ΠNA. ΠNIKOS. CPIA. YC. XC in omnibus casibus, ΔΑΔ, IΛHM, IHΛ. Syllaba *αι* in particula *καὶ* subjuncto, litera *ν* in fine supra addito calami ductu exprimi solet, v. g. *κ*ʾ. *αὐτω*῀ *ναασσώ*῀ etc.

§. 3.

Jam de Orthographia quaedam delibemus. Quantum enim illa ad codicis aetatem et patriam indagandam faciat, inter eruditos constat. Apostrophi notam

7) *ἐν ἀρχῇ. ἦν ὁ λόγος. καὶ ὁ λόγος. ἦν πρὸς τὸν Θεόν. καὶ Θεὸς. ἦν ὁ λόγος* etc.

8) In hoc codice aliisque *ὑπογραφαι* testantur *πρωτοτυπον* fuisse *εν στιχοις* scriptum, cf. Curarum §. 7. — Hoc quidem testimonium in nostro codice deest. Sed illud non impedit, quominus idem statuamus.

praepositionibus etiam in compositione subjici, jota nec adscriptum nec subscriptum reperiri, literas ι et υ, quando diphthongum non efficiunt, duobus punctis superne interdum notari, nemini mirum videbitur, qui in evolvendis codicibus versatus sit. Multo majoris momenti videtur, quod accentus in paucis vocabulis desint, interdum perperam et inepte ponantur v. g. ὀργῆς, μᾶλλον, εἶπεν, προσεῦχη, φονῆ (in nominat.), ιεροσολυμα etc., spiritus asper et lenis permutentur, vel in litera initiali verbi appareant, etsi cum praepositione conjunctum sit v. g. προσαἵτων etc. et permutationes vocalium et consonantium frequentissimae sint.

αι ponitur pro ε. v. g. ἔλαιον Matth. IX, 13. καικρυμμένω XIII, 44. ἀναπαύεσθαι Marc. VI, 31. καινόν XII, 3. al.

ε p. p. αι v. g. ἐ Matth. IX, 2. Luc. III, 5. δύνατε Marc. VII, 15. ἐξέφνης Marc. XIII, 36. Luc. II, 13. V, 39. al.

ει p. p. η. v. g. ἔλθει Marc. IV, 22. σπαρεῖ 31. ποιεῖς XI, 28. χειρῶν XII, 40. al.

ει p. p. ι. v. g. ῥαββει Matth. XXIII, 7. XXVI, 25. 49. al. κεινοῦντες XXVII, 39. al.

ει p. p. υ. v. g. είμεῖς Matth. XX, 4.

η p. p. ει. v. g. βαπτισθῆς Matth. III, 16. κλήσας VI, 6. ποιητε V, 44. ἀγγαρεύσῃ 41. al.

η p. p. ι. v. g. ἀρχησυναγώγων Marc. V, 22. ἡρωδηὰς VI, 19. ὀλιν IV, 25.

η p. p. οι. v. g. ἡ γαλιλαῖοι Luc. XIII, 2.

η p. p. υ. v. g. ἡμῖν Matth. XXV, 34.

ι p. p. η. v. g. ἔστι Matth. XXVII, 11. μησίσεις V, 43. ἐσκήρτησε Luc. I, 41.

ο p. p. ω. v. g. ἐπεροτῶντα Luc. II, 46. ὀκοδόμητο IV, 29. κηρύσσον 44.

οι p. p. ει. v. g. οἱς p. εἰς Luc. XIV, 1.

υ p. p. η. v. g. ὑπήλη Matth. VII, 14. ῥύγνυνται IX, 17.

υ p. p. οι v. g. ὕδατε Matth. XXVII, 65. Luc. XIII, 25. λυπὰ Marc. IV, 19. Luc. XVIII, 9. 24.

ω p. p. ο. v. g. αὐτῶ Matth. II, 13. XXVI, 42. τοῦτω VIII, 9. ἔρημων IV, 1.

Praeter has vocalium sono affinium confusiones, quarum pleraeque saepissime occurrunt, permutantur

α cum ε. v. g. περὰ Matth. IV, 18. κατασκευασμένον Luc. I, 17. ἔλεγαν Marc. VI, 18.

ε cum η. v. g. μέρημνα Matth. XIII, 22. βοανηργὲς Marc. III, 17. θύγατηρ Luc. VIII, 48.

ε cum ο. v. g. ἦλθον Matth. XXI, 19. τότο XIX, 13. λόγω XXV, 12.

ο cum ε. v. g. ἐξέδετο Marc. XII, 1.
υ cum ο. v. g. κόνες Luc. XVI, 21.
ω cum η. v. g. αὐτῆν Matth. V, 3.
Consonantes θ cum δ. v. g. οὐθενός Luc. XXII, 35. ἰαρὲθ Luc. III, 37.
δ cum θ v. g δαδδαῖον Marc. III, 18. βηδσαϊδάν Matth. XI, 21. ἐκάδευδον Matth. XXV, 5.
θ cum τ. v. g. ναζαρὲθ Marc. I, 9. Matth. II, 23. IV, 13. ματθὰθ Luc. III, 29.

ν ἐφελκυστικον invitis grammaticae legibus iis, quibus εὐφωνίας ἕνεκα subjici sólet, formis nominum verborumque saepe additur.

Scribitur οὕτως, μωυσης ubique, ἑνενηκοντα Matth. XVIII, 12. 13. Luc. XV, 7. ἑνατην Matth. XX, 5. XXVII, 45. 46. Marc. XV, 33. 34. σάβασι Matth. XII, 1. al. νόσσον IV, 23. ἐσσπειρε XIII, 25. φύλα XXI, 19. κράβατον Marc. II, 9. 11. 12. VI, 55. ἀντάλαγμα VIII, 37. θυγατεραν Luc. XIII, 22. βηθσφαγῆ Matth. XXI, 1.

Ex accentuum et spirituum praepostera positione colligi potest, codicem nostrum exexemplari accentibus et spiritibus prorsus carente exscriptum fuisse. Vocalium et consonantium permutationes nonnullae libarii forsan peccata sunt, vel etiam in codicibus non aegyptiacis inveniuntur, sed longe plurimas ad orthographiam et pronuntiationem ab Alexandrinis κατ᾽ ἐξοχὴν observatam referendas esse extra omnem controversiae aleam positum est [1]). Nec tamen haec orthographiae indoles ita comparata est, ut Aegyptum codicis nostri patriam esse evincat. Quae enim in Curis in historiam textus Evangeliorum §. 13. protulimus particularia de Aoristo [2]) nec non de consonantibus nativis retentis, in recentioribus hujus terrae codicibus passim occurrunt, in antiquis vero nunquam desiderantur.

§. 4.

De codicis praestantia haec fere sunt, quae monenda habemus. Ut judicium ferre possent lectores de scribae negligentia, vel inscitia, vitia graphica omnia recensenda duximus:

του παιδας Matth. II, 16. δεδρων III, 10. επ᾽ αρτ IV, 4. πη ποιουν III, 10.

1) Cf. Sturz de dialecto Maced. §. 8. Breitinger Proleg. in 4 T. editionis suae των ό.

2) Unicum deprehend. exemplum Joan. VII, 52. ubi ειπαν legit cum codicibus L. 33.

πενθοῦντες V, 4. ποιουτος VI, 3. δια τη VII, 13. σχιμα IX, 16. δεξτε X, 14. ὁμοι XI, 16. αυτου 50. τω ουρανων 53. ετελενν XX, 28. διικορπισας XXV, 24. αμη XXV, 12. τη ερημωσεως XXIV, 15. καρος XXVI, 18. κρατησατε 55. ανχωρησεν XXVII, 5. πρεβυτεροι 20.

οἱ Marc. IV, 18. συνακειμενους VI, 26. ὁ μαθηταί VII, 5. περιτη 17. εξεληλυθοται 30. συλλαλουν IX, 4. Θ (μεθ') 9. ε τῃ 34. πατων X, 44. του πολουντας XI, 15. κρηρομια XII, 7. ασθε XIV, 38. ιρω 49. ιδεκά XVI, 14. ται ἡμεραιραις XIII. 17.

αμεπτοι Luc. I, 6. σπλαχνα 78. παιδεν (πεδαις) VIII, 29. ανδρε IX, 14 εξελευατο X, 42. ε (εν) XIII, 29. XXI, 37. συνακειμενων XIV, 10. εβλβλητο XVI, 20. βαλιλει XVII, 20. χας (χαρας) XXIV, 41. εθεως XXI, 9. διδασκοστος XX, 1. λετε (λεγέτε) XXII, 70.

μεθερμηνευονὸν Joan. I, 41. καρισμου III, 25. δυται 31. συχρωνται IV, 9. λεγε 20. θεμα 34. στιν V, 9. τοσουτος VI, 9. ιδαιων XIX, 14. XVIII, 36. VII, 3. γωγνωσαν VIII, 27. απεκριθης XVIII, 5. τρατιωτη XIX, 23. ιουδαι 31. XIII, 11. ετε XIII, 11.

Literas omissas vel ex itacismo permutatas interdum supra lineas v. g. ἑβδοχοντα (μη supra), τὸν δεσπότην (οἰκο supra), raro voces integras scriba ad finem linearum, si illuc pertinerent, apposuit v. g. Matth. VII, 10 ἢ καὶ ἐὰν ἰχθὺν αἰτήσῃ, μὴ ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ. Marc. X, 32 ἐν τῇ ὁδῷ. Joan. IV, 42 ἀληθῶς. Correctionum scalpello factarum rarissima sunt exempla v. g. Joan. XX, 25 μεν in ἴδωμεν erasum est. Utrum librario ipsi, quae scripserat relegenti vel posteriori manui debeantur, ignoro. Caeterum recentioris correctoris manum nusquam observavi, nec adsunt indicia certa, scribae, cum codicem hunc exararet, plura praesto fuisse exemplaria. In legendo ἀντιγραφῳ, ex quo ἀπογραφον suum transscripsit, Oedipo conjectore interdum opus fuisse videtur v. g. Marc. I, 29, cum ob oculos haberet vocem ΑΥΤΩΥ, haerebat in ultima litera non distincte expressa, atque in locum του υ duas lineas perpendiculares duxit ||. Eidem rationi multa codicis vitia graphica originem debere videntur.

Quae omnia negligentiam, ne dicam inscitiam scriptoris luculentissime produnt, probantque, eum ab ingenii luxuria tantum abfuisse, ut interdum ne intellexisse quidem, quae scriberet, porro si quid unquam ex ingenio suo mutavit,

rarissime certe hanc culpam in se admisisse, denique textum *ἀντιγραφου στιχηρως* scripti, accentibus et spiritibus carentis, atque adeo antiquissimi fideliter exhibere videatur.

Codicis igitur usus in arte critica utique maximi est momenti, atque in eo potissimum spectatur, quod lectionibus antiquissimorum et optimorum codicum magnum pondus afferat. Eum refertum esse lectionibus hujus generis probis Versionum et Patrum consensu firmatis, cuivis nostram syllogen perlustranti facile patebit. Juvat rem exemplis paucis illustrare ex capite VII Evangelii St. Joannis petitis.

1. Dubitari vix potest, lectionem codicis nostri *μετὰ ταῦτα περιεπάτει ὁ ἰησοῦς* pro vulgari *περιεπάτει ὁ ἰησοῦς μετὰ ταῦτα* esse recipiendam. Non enim numerandis testibus, sed testium familiis, loquendi usu aliisque indiciis internis critices munus absolvitur. At vero ut familiam utramque aegyptiacam testem utique gravissimum taceamus, Syrus Peschito cum codicibus Palaestinensibus, Chrysostomus, Evangelistae loquendi usus aliaque indicia interna hanc lectionem tuentur.

8. *ταύτην* abest a multis iisque bonis libris Alexandrinis B. L. T. X. 4. Rejiciunt Coptica versio, Cyrillus et Chrysostomus. Repudiant ex Occidentalibus codices D. 1. 116. 118. versio Sahid. et codices latini cant. veron. verc. colb. corb. Codici igitur Cyprio testes multi et gravissimi suffragantur. Sed cum ratio cur adderetur, appareat nulla, vocemque libri Asiatici et Byzantini retineant, rem in dubio relinquimus.

8. Codex noster legit *οὐκ ἀναβαίνω*, eique assentiunt Cantabrigiensis, pleraeque versiones latinae antehieronymianae, S. Hieronymus, S. Augustinus (tract. 21.), et ex Alexandrinis Codices regii 14 (Gr. 33), 55 (Gr. 17), versio Memphitica, Aethiopica, S. Cyrillus (l. 4. cap. 35.) et S. Chrysostomus (hom. 47.). Praeter haec utriusque familiae aegyptiacae testimonia praestantissima commemorari meretur S. Epiphanius [1]), qui eidem lectioni suffragatur. Quae qui rite perpendere volue-

1) adv. Haeres. l. II. Haer. XXXI. p. 447 ed. Petav. et nodum ita solvit: *μυστηριωδῶς γὰρ καὶ πνευματικῶς διαλεγομένου τοῖς αὐτου ἀδελφοῖς, οὐκ ᾔδεισαν τὶ ἔλεγεν. ἔλεγε γὰρ αὐτοῖς, μὴ ἀναβαίνειν εἰς τὸ ἱερὸν ἐν τῇ ἑορτῇ ἐκείνῃ μηδὲ εἰς τὸν σταυρὸν, τοῦ τελειωσαι τέως τὴν οἰκονομίαν του παθους αὐτου καὶ σωτηρίας μυστήριον καὶ ἐκ νεκρων ἀναστῆναι, καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῆναι. ἅτινα ἐπλήρου πάντα ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ ἐξουσίᾳ* cf. Cajetan. Jansen. Tolet. ad h. l.

rit, fatebitur, firmiter inniti lectionem codicis K, quam, prout difficiliorem, genuinam esse non dubitamus. Sed alium adhuc ejus vindicem proferre possumus, Porphyrium [2]) scilicet. Hic Christum inconstantiae non accusasset, si οὔπω ἀναβαίνω in exemplari suo legisset. Quod cum alios etiam fecisse probabile sit, vides vel ipsa incunabula lectionis receptae. Ad nodum solvendum varia adhibita fuere artificia. Alii οὔπω ἀναβαίνω εἰς τὴν ἑορτὴν ταύτην, alii οὐκ ἀναβαίνω νῦν, alii οὐκ ἀναβαίνω ἄρτι scripserunt. Omnium vero studiosissime arrepta et longe lateque propagata fuit lectio οὔπω ἀναβαίνω.

9. 12. 41. Particula δὲ a nostro codice omittitur atque cum multorum testium auctoritate simul damnetur, prouti superfluam ac sensui non satis congruam, quo minus e textu exterminemus, vix nobis temperamus.

9. Utra lectio solidioribus nititur rationibus αὐτοῖς an αὐτὸς, effici vix potest. Priorem habent codices graeci longe plurimi, posteriorem firmant cum Cyprio et 42 documenta Alexandrina L. T. 4, versio copt.-memphitica, armenica et Cyrillus. Occidentalia D. 1. 118, versio copt.-sahidica, syro-philoxeniana in margine, codices latini versionem antehieronymianam exprimentes Cant. veron. vercell. foroj et Vulgata.

10. Cyprius legit ὡς δὲ ἀνέβησαν οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ εἰς τὴν ἑορτὴν τότε καὶ αὐτὸς ἀνέβη cum libris multis praestantissimis. Ex Alexandrinis ei adstipulantur B. L. T. 33, Cyrillus, ex Occidentalibus versio copt.-sahidica; syro-hierosolymitana, ex Asiaticis Peschito, versio persica polygl, ex Constantinopolitanis versio slavonica. — Ego consulto tentatam puto transpositionem hanc, quo narrationis ordo fieret lucidior, retinendam igitur receptam etsi tantis testibus damnatam lectionem.

16. Post ἀπεκρίθη addit οὖν cum libris ex unaquaque fere familia optimis. Quam particulam cum etiam contextui optime conveniat, genuinam omnino defendendam esse existimamus.

26 ἀληθῶς et 31 τούτων damnant cum Cyprio libri Occidentales et Alexandrini fere omnes. Prius prouti ex glossemate invectum certissime jugulari debet, posterius vero minus suspectum in dubio relinquimus.

2) Hieron. adv. Pelag. T. IV. p. 521 ed. Mart.: Negat fratribus et propinquis ire se ad scenopegiam. Et postea scriptum est: Ut autem ascenderunt fratres ejus, tunc et ipse ascendit ad solemnitatem, non manifeste, sed quasi in abscondito. Iturum se negavit et fecit quod prius negaverat. Latrat Porphyrius: inconstantiae et mutationis accusat. etc.

31. Optio datur, quam lectionem praeferamus, utrum receptam πολλοὶ δὲ ἐκ τοῦ ὄχλου, an ἐκ τοῦ ὄχλου δὲ πολλοὶ, quam cum Cyprio habent Alexandrini plerique et multi occidentales.

31. Lectionem μὴ pro recepta μήτι tuetur Cyprius cum libris Alexandrinis praestantissimis atque occidentalibus byzantinisque non paucis. Sed cum internis rationibus vix quidquam effici possit, lectorum judicio relinquimus, utrum eximios istos testes sequi, an ingentem codicum Constantinopolitanorum et Asiaticorum numerum illis praeferre malint.

39. ἅγιον adjectum fuit memoriae aut judicii errore, et merito a nostro codice damnatur. Abfuit enim a libris Origenis, Athanasii, Cyrilli Alex., Nonni, Hesychii, Victorini, Ambrosii, Hieronymi, Augustini, Auctoris Quaestionum in N. T. et scholiastarum in Matthaeii codd. a. d. Repudiant eam Syr. Peschito, versio persica, copt.-sahidica, armenica, Itala (exc. cantabr. et brix.) et Vulgata. Omittunt etiam codices T. 42. 91.

51. πρῶτον lectionibus dubiis accenseo. Etsi enim cum Cyprio codices occidentales et Alexandrini eam tuentur ad unum omnes, tamen causam, cur a recepta ingenti codicum numero roborata recedamus, video nullam.

52. Lectionem ἐγείρεται pro ἐγήγερται habent libri occidentales et Alexandrini permulti cum syro utroque et versione gothica. Sed hos labefactant alia ejusdem classis documenta non pauca cum universa codicum byzantinorum familia. Prior antiquitate et testium gravium consensione posterior testium multitudine se commendat. —

Quae igitur omnes lectiones cum totidem fere correctiones sint, satis luculenter confirmant ea, quae de lectionum codicis nostri praestantia diximus.

Ad vindicandas autem eas, quae a bonis libris absunt, vel in eo solo reperiuntur, ejus auctoritas parum idonea censenda est. Vel enim transpositiones exigui momenti sunt, vel ita comparatae, ut earum γνησιοτης solidis rationibus impugnari possit. Criticus, qui hujus codicis textum recensuit, a suspicione liber non est, lectiones quasdam novas vel finxisse, vel margini libri alicujus adscriptas aut uni alterive πονηρου κομματος peculiares pro lectionibus codicum optimae notae per negligentiam aut consulto admisisse. Sic v. g. dubium non est, censorem inepte sedulum Joan. VII, 28 lectionem Joanneae dictioni plane conformem λέγων in elegantiorem καὶ ἔλεγεν consulto mutasse, eundem per negligentiam v. 32 καὶ

οἱ φαρισαῖοι post οἱ ἀρχιερεῖς, 47 καὶ ante μὴ posuisse, 45 ἐκεῖνοι, 48 ἐκ sq. τῶν ἀρχ. omisisse, 40 claritatis causa post λόγον pronomen αὐτοῦ ex margine in textum admisisse.

Sed quidquid de pretio harum lectionum statuatur, illud tamen utilitatis inde petitur, quod historiae textus illustrandae inserviant. Ne vero quis existimet his codicis pretium infirmari, tenendum est: paucas eas esse numero, multasque in codicibus graecis non contemnendis et versionibus antiquis inveniri. v. g. Certo non defendimus v. 12 lectionem οὐχί· ἀλλὰ, nec additamentum illud 20 ἀπεκρίθησαν οἱ ἰουδαῖοι καὶ εἶπον αὐτῷ, sed utramque esse antiquam vel inde patet, quod prior in codice T, posterior in margine versionis Philoxenianae reperiatur. Nec magis causam lectionis 36 ὁ λόγος οὗτος, 39 ὁ pro οὗ, 39 omissionis του ὁ ante ἰησους, 47 του αὐτοῖς, 50 lectionis πρὸς αὐτὸν νυκτὸς gerere velimus, etsi prima codicum BDL 1. 33. 44. 69. Matthaeii r. 11. et versionis armenicae, secunda codicum BEMSV aliorumque viginti et Theophylacti, tertia codicum DTM. 22. 33. 17. 24. 25. 218. MSBHV, Origenis, Cyrilli, Chrysostomi, Theophylacti, quarta codicum B. 69. 235 Ev. 35 versionis armenicae et codicis latini fossensis, quinta denique codicum 131. 157. 220 et latini brixensis, forojul. et fossens. consensu firmetur. Qui igitur has ob lectiones codicem objurgare vellet, facile videt, sibi rem esse non solum cum Codice Cyprio, sed etiam cum aliis optimis libris.

Wetstenii sententiam [3]) eum ex latina versione interpolatum esse, refutare, operae pretium non est. Lectiones enim, quae aut aliunde quam e latina versione ortae esse non possunt, aut apud patres graecos, aliosque testes haud suspectos non occurrunt, indicavit plane nullas. Cum autem rationes externae et internae huic opinioni adversentur [4]), pro certo tenemus, latinos codices ex graecis, non vero graecos ex latinis esse interpolatos.

§. 2.

Gravissimam institutae dissertationis partem aggredimur explicare, demonstrationem textus indolis. — Codicem nostrum in multis lectionibus vel a plurimis vel ab omnibus, quos novimus, libris recedere, a viris doctissimis dudum observatum

3) N. T. cum variis lect. et comment. ed. Wetsten. Proleg. 40. 41.

4) Cf. Griesbach Symb. crit. I. p. CXIII sq. Hug Einleitung ins N. T. I. p. 133 sq.

est. Hanc ob causam S. R. Joan. L. Hugius eum recensionis suae Origenianae caput esse voluit, eique codicem Alexandrinum (Griesb. A), Reg 48 (Griesb. M), servatum olim in Collegio Trecensi (Griesb. 42), Harlej. 5540 (Griesb. 114), Harlej. 5567 (Griesb. 116), Comitis Michellensis (Griesb. 106), Biblioth. Nicephori Archiep. Chrson. (Matthaeii 10), et notas multas criticas versionis Philoxenianae margini adscriptas associavit [1]).

Exempla, quae pro horum codicum consensu congeri possunt, ad vindicandam eorum affinitatem non sufficiunt. Primum enim codices laudati, quorum nonnullos in parte nescio qua Aegypti scriptos puto, rarissime ne dicam nunquam unanimi consensu eandem lectionem tuentur, deinde lectiones, in quibus eorum nonnulli consentiunt, pleraeque in aliis etiam libris reperiuntur, earum tandem numerus valde exiguus est. Multo plures ei cum codicibus BCLPQΓ 22. 33. 102 Reg. 305 communes sunt, quos Alexandrinos vocamus, quibusve versio copt.-memphitica, aethiopica, armenica et syro-philoxeniana, Clemens Alex., Origenes, S. Athanasius, Cyrillus Alexandr., Macarius, Kosmas Indicopleustes, Ammonius Didymus, Isidorus Pelusiota adhaerent. — Mitto Evangelia Matthaei et Joannis, quae nullo modo in subsidium vocari possunt. In Evangelio S. Marci semper fere cum familia Alexandrina facit, quando haec cum Constantinopolitana consentit. Quadraginta quinque circiter lectiones ei cum BDL 33 et AM aliisque simul communes sunt. Viginti quinque cum alexandrinis solis habet. Cum codice autem A paucisque sociis diversis consonat vigesies, cum M octies, cum AM septies. Eadem fere ratio in Evangelio S. Lucae observatur in eo tantum diversa, quod cum Alexandrinis in locis triginta sex concinat.

Censor textus, quem codex noster exhibet, saepe codices familiae constantinopolitanae consuluit, atque eas lectiones in exemplar suum recepit, quae Alexandrinis majorem genuitatis speciem prae se ferrent. — Aequum esset, ut delibemus quaedam de lectionibus, in quibus unum alterumve tantum sequitur, v. g. reg. 191 (Griesb. 25) Griesb. 42, quorum alterum contulimus integrum, alterum vero in Bibliothecis Galliae publicis frustra quaesivimus. Sed cum in hoc consensu, si cod. 42 in Ev. St. Joannis excipias, sibi inconstans sit, pensitatis omnibus disquisitionem

1) Cf. Hug Einl. I. pag. 190 seq. et ea quae Griesbach contra monuit in Comment. crit. II. p. LVIII.

hujus rei fusiorem hic praetermittendum duximus. Non enim ex una alterave lectione, sed ex universo textus habitu et tenore judicandum est, utrum codex familiae cuidam adhaereat, an textum ex pluribus codicum classibus conflatum sequatur.

Quae tandem lectiones in codice nostro solo reperiuntur, exigui sunt momenti, atque oscitantiae et negligentiae originem debent.

Dicamus itaque, quod res est: Codex Cyprius in plurimis cum Alexandrina et Constantinopolitana facit familia, quando utraque concinit, vel modo hanc modo illam sequitur, vel media tenet inter utramque, in multis habet paucos socios, in paucis nullos. Familiam igitur nobis exhibet, quae ex variorum codicum collatione orta videtur, quorum alii Aegypto, alii Asiae, alii autem Cypro originem debent.

Quae ut melius perspiciantur, constitutum nobis est, promere specimina quaedam ex quovis Evangelio. Fundamenti loco ponenda sunt, quae in libello: „Curae in historiam textus Evangeliorum“ monuimus.

Textus receptus. Matth. XII.	Alexandrinus.	Constantinop.	Cyprius.
3 αὐτὸς	=	= pl.	=
6 μείζων	μεῖζον pl.	μείζων v. μειζον	μεῖζον
8 καὶ	=	καὶ pl.	καὶ
11 πρόβατον ἓν	rec.	rec.	ἓν πρόβατον
12 ἀποκατεστάθη	ἀπεκατεστάθη pl. al. rec.	ἀπεκατεστάθη al. rec.	rec.
21 ἐν	=	= pl.	=
25 ἐρημοῦται	rec.	rec.	οὐ σταθήσεται
οὐ σταθήσεται	rec.	rec.	ἐρημοῦται
28 ἐγὼ ἐν πνεύμ. θεοῦ	ἐν πν. θ. ἐγὼ	rec. pl.	ἐν πν. θ. ἐγὼ
29 διαρπάσει	rec. pl.	rec. pl.	διαρπάσῃ cum D G 8. 13. 33. 44 124 157. Mt. a. e. p Chrys. Euthym. Edit. quaedam.
32 τούτῳ τ. αἰῶνι	rec. vel τῷ νῦν αἰῶνι	id.	τῷ αἰῶνι τούτῳ cum 114. 124. 225. Mt l. r. Orig. semel Chrys. in Matthaei 5 codd.
35 τῆς καρδίας	=	rec. al. =	=
τὰ	= al. rec.	rec. pl.	=

Receptus.	Alex.	Constant.	Cyprius.
38 τῶν γραμματέων καὶ φαρ.	rec.	rec.	φαρισαίων καὶ γραμματέων
45 εἰςελθόντα	rec.	rec.	εἰςελθων
Marc. VI.			
2 ὅτι	= al. ἵνα	=	ἵνα cum CD 11. 106. 124. 220. 235. Ev. 18. 19. Mt. q x. z. 10. Copt. Syr. phil. cant. veron. corb. vindob.
γίνονται	γινόμεναι	rec.	γίνωνται cum CD 3. 114. Mt. o. q. r. x. 10.
4 συγγενέσι	συγγενεῦσιν αὐτοῦ al. rec.	rec. pl.	συγγενέσι αὐτοῦ
8 εἰς ὁδὸν	rec.	rec.	ἐν τῇ ὁδῷ cum Vulg. Itala (exc. cant. corb. vind. tolet.) Gaudent.
9 ἐνδύσασθαι	ενδύσησθε pl.	rec. pl.	ἐνδύσεσθε
11 ἂν	ἐὰν pl.	ἂν	ἐὰν
δέξωνται	rec.	rec.	δέξονται cum 131. 235 Edit.
ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀνεκτότερον ἔσται σοδόμοις ἢ γομόῤῥοις ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ	=	rec.	rec.
14 ἡρώδης	rec.	rec.	+ τὴν ἀκοὴν ἰησοῦ cum M. 7. 13. 69. 106. 108. 124**. 131. 218. 229. in m. Mt. l. o p. r. 17. Evangelistaria Codices nonnulli in margine.
ἠγέρθη	rec. pl.	rec.	ἀνέστη cum A. 27. 42. 63. 68. 72. 114. 220. 229. Mt. 10. Theophyl.
15 ἄλλοι	ἄλλοι δὲ al. rec.	rec. pl.	ἄλλοι δὲ
ἢ	=	= pl.	=
16 οὗτος ἐστιν, αὐτὸς	οὗτος pl.	rec.	rec.
17 τῇ φυλακῇ	φυλακῇ	φυλακῇ pl.	φυλακῇ
19 ἠδύνατο	rec.	rec.	ἐδύνατο

Receptus.	Alex.	Const.	Cyprius.
22 ὃ ἐὰν θέλῃς καὶ δώσω σοί	rec.	rec.	καὶ δώσω σοί, ὃ ἐὰν θέλῃς
23 με αἰτήσῃς	rec. pl.	rec.	αἰτήσῃς με cum A. Arm. Goth.
ἕως ἡμίσους	rec.	rec.	ἕως ἡμίσου
27 σπεκουλάτωρα	σπεκουλάτορα	rec. pl.	σπεκουλάτορα
τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ	rec.	rec.	αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν
30 καὶ ὅσα ἐποίησαν καὶ ὅσα ἐδίδαξαν	rec.	rec.	καὶ ὅσα ἐδίδαξαν καὶ ὅσα ἐποίησαν
33 οἱ ὄχλοι	=	= pl.	=
αὐτὸν	rec. vel αὐτοὺς vel =	id.	αὐτοὺς cum ALM 10. 11. 40. 76. 106. 114. 115. 124. 235. Mt. c. e. f. k. p. q. 10. Syr. utr.

Luc. VI.

Receptus.	Alex.	Const.	Cyprius.
3 πρὸς αὐτοὺς εἶπεν ὁ ἰησοῦς	rec. pl.	rec.	ὁ ἰησοῦς εἶπεν πρὸς αὐτοὺς cum A D 13. 28. 72. 124. 130. 131. 157. Ev. 32. Mt. B. a. c. Vulg cant. brix. for. corb. colb.
4 ἔλαβε καὶ	λαβὼν pl.	rec.	= cum D 1. 8 13. 36. 69 72. 124. 131. 157. Mt. BH m. 10. 11. Syr. phil. Syr Hieros. Arm. Aeth. cant. Theophyl.
7 αὐτὸν	rec. pl.	= al. rec.	=
ἐν	rec.	rec.	=
αὐτοῦ	rec. pl.	rec.	κατ' αὐτοῦ cum FL 33. 40. 72 91 al.
8 ξηρὰν	rec. pl.	rec.	ἐξηραμμένην M 40. 72. Mt. a. c. g. 10.
ἔγειραι	ἔγειρε pl.	rec. pl.	ἔγειρε
9 ὁ ἰησοῦς πρὸς αὐτοὺς	rec.	rec.	πρὸς αὐτούς ὁ ἰησοῦς
ἀπολέσαι	rec. pl.	ἀποκτεῖναι pl.	ἀποκτεῖναι
10 τῷ ἀνθρώπῳ	αὐτῷ pl.	αὐτῷ pl.	αὐτῷ
οὕτω	= al rec.	= al. rec.	=
ἀποκατεστάθη	ἀπεκατεστάθη pl.	rec. pl.	ἀπεκατεστάθη

Recept.	Alex.	Constant.	Cyprius.
10 ὑγιὴς	=	rec.	=
11 διελάλουν	rec.	rec.	ἐλάλουν cum 5. 72. 108. 127. 143. Mt. r. 10.
14 ἰάκωβον	καὶ ἰάκωβον	rec.	καὶ ἰάκωβον
18 ὑπὸ	ἀπὸ	rec. pl.	rec.
23 χαίρετε	χάρητε	χάρητε pl.	χάρητε
γὰρ	rec.	rec.	=
25 ὑμῖν	rec. al. =	rec.	= cum BL 1. 2. 13. 69. 157.
26 ὑμῖν	=	= pl.	=
πάντες	= al. rec.	rec. pl.	=
ταῦτα	rec. pl.	rec.	τὰ αὐτὰ cum BD 42. Ev. 18, 19. 34. Mt c. £ 10. Edd.
28 ὑμῖν	ὑμᾶς	rec. pl.	ὑμᾶς
καὶ	=	rec. pl.	=
30 δὲ	= al. rec.	rec.	= cum BL 64. 116. 131. 157. Mt. m. 10. Syr. Syr. philox. habet cum aster. Arm. Veron. Corb.
